






PHILOSOPHUS AUTODIDACTUS

SIVE

EPISTOLA ABI JAAFAR, EBN TOPHAIL DE *HAI EBN YOKDHAN.*

In quâ

Ostenditur quomodo ex Inferiorum contemplatione ad Superiorum notitiam Ratio humana ascendere possit.

Ex Arabicâ in Linguam Latinam versa

Ab EDVARDO POCOCKIO A.M,

Ædis Christi Alumno.





OXONII,

Excudebat *H. Hall* Academiæ Typographus. 1671





REVERENDISSIMO

In Christo Patri, & Domino, Domino

GILBERTO

Providentia Divina, Archiepiscopo *Cantuariensi*, totius *Angliæ* Primati & Metropolitano, & Augustissimo Principi CAROLO II. M. *Britanniæ*, *Franciæ*, & *Hiberniæ* Regi à Secretioribus Consiliis.



UM ignotus ipse Peregrinum hunc Patrocinio Tuo (Amplissime Præsul) commendare ausim, aliis forsan impudentiæ reus videar; mihi certè in humanitatem Tuam peccaturus, si alium quæsivissem Patronum. Quin & in uno Archiepiscopo asylum sibi spondere poterat

lingua Arabica, & in ædibus iſtis quibus debet quod peregrina prorſus & barbara, hodiè non audiat vel Oxonii. En itaque genibus veſtris advolutum Ethnicum quidem, ſed benè moratum Philoſophum, cuique quod ad Religionem ejus ſpectat, non eſt forſan quod quis vitio vertat, præter illud infelicitatis peccatum, quod ipſi non contigerit inter Chriſtianos naſci. Eſt olim non ſolum inter Mohammedanos verſatus, ſed inter Judæos quoque non ingratus hoſpes; voluitque jam demum & Chriſtianis innoteſcere: ſed hîc hæret anxius, metuenſque quam parum gratus futurus ſit, Genium poſtulat, cujus præſidio lucē inaſſuetam ferendo ſit. Nec eſt quod alibi patrocinium quærat Oxonio profectus liber: à Te ſiquidem Tuóque prelo libertatem tandem expectant quotquot aliorum munificentiâ huc olim advecti ſunt libri manuſcripti, auguſtiori tantum carceri & ſplendidioribus catenis adhuc damnati. Sterilis nuper & ferè effœta videbatur hæc

Academia

Academia; at hâc ope recreatam speramus jam meritò Almam tandem & fæcundam futuram multorum librorum matrem, prolémque daturam juventute suâ perenniorem. Est hæc felicis sortis soboles, quæ parenti suæ pares vices rependit, per quam ipsa mater, quotiès pepererit renascitur, quamque in lucem edit nullo cum puerperii dolore aut periculo, cum non sit quod vitæ suæ metuat parturiens mater, modo sit de famâ sollicita. Hanc felicitatem Clementiæ Vestræ debet hæc Academia literæque Oxonienses, à cujus munificentiâ accepimus quicquid sperare poterant priora secula, aut futura largiri: Dedit enim Theatrum Tuum ut nullibi augustiùs habitare poßint scientiæ, dabitque prelum ut sint æternæ. Quod ad scriptorem nostrum attinet, non erat ea ipsius arrogantia, ut typis istis rebus majoris momenti destinatis vellet moram facere: & hoc certè tantæ Patroni sui liberalitati dabit Academia, ut sedulò curet, ne poterint

rint

rint aliquando tam minutis vacare. Hæc tamen interim exiguæ licet molis, non minimo, uti ſpero, rerum & linguarum Orientalium ſtudioſis uſui futura, ejuſdem Patrocinii honore ornare digneris, ſubmiſſe rogat.

Clementiæ Veſtræ

humillimus cliens

Edwardus Pocock.



EDWARDI POCOCKII *S. T. D.* *Linguarum Hebraicæ & Arabicæ in Academia* Oxoniensi *Professoris ad* LECTOREM *Præfatio.*

Cum suasu atque hortatu meo Liber iste in linguam Latinam ex Arabica versus sit, ac *jam* utrâque simul in lucem editus, visum est quo consilii istius ratio pateat, aliqua & de Authore & de opere præfari. Authoris nomen quod exhibet Codex noster Arabicè exaratus, est Abu Jaafar Ebn Tophail, qui tamen tam in versione Hebraica quam in Mosis Narbonensis Commentario, ut & apud Mardochæum Comtino Judæum, qui eum non semel laudat, Abu Becr insignitur. Sed hoc minimè mirum, cum qui à filiis suis prænomina sortiti sunt, non raro hac ratione binis vel & pluribus gaudeant. Sic Mohammedes ipse, qui vulgò Abulkasem (pro more Arabum qui plerumque primogeniti nomen patris titulis addunt) i.e. Pater Kasemi, aliàs etiam Abu Abrahim, i. e. Pater Abrahami, ab alterius filii nomine, salutatus est, teste AlJannabio, ubi de nominibus ejus agit: Sic Chalifa Abbasidarum quintus, *viz.* AlRashid Harun & AbuJaafar dictus est & AbuMohammed; Sextus Al Amin, & Abu Abdallah & Abu Musa, imò & Abul Abbas, referente

rente

rente in Hiſtoria ſua AlKodaio; Septimus AlMamun & AbulAbbas & AbuJaafar: ne plures ex eodem vel Hiſtoria Saracenica aliiſque congeram. Quo tempore floruerit, licet in nullum adhuc authorē inciderim qui vitam ejus deſcripſit, conjectura tamen non improbabili facile erit aſſequi; *viz.* Ebn Roſhd (vulgo, Averroi) σύγχρονον fuiſſe, atque eo forſan natu aliquanto majorem, adeo ut inter eos qui cum ipſe hæc ſcriberet nondum ad ſtudiorum ſuorum metam pertigerant, quos, celatis nominibus, in Præfatione ſua innuit, numerandus videatur Averroes. Ebn Abi Oſaibea enim qui de Medicorum vitis hiſtoriam ſcripſit, in vita Averrois diſquiſitionum quarundam inter illum & AbuBecrum Ebn Tophail meminit; quin & Moſes Narbonenſis, in ſua ad hunc libellum ſuoſque in eum commentarios Præfatione, ait ipſum Averroem, eum præconio ſuo ornaſſe, (ubi de Epicyclis & Eccentricis agens, circulos iſtos juxta principia Naturalis Philoſophiæ concedi non poſſe contendit,) his Verbis ולחברנו הנכבר השופט אבו בכר בן טפיל שרשים נכברים בזה השער וראוי להעזר בהם בחקירה הזאת i.e. Amico autem noſtro honorato Judici Abu Becro Ben Tophail ſunt in hac re fundamenta egregia, quæ in ſubſidium vocanda ſunt in hac diſquiſitione. Quem locum licet in Averrois operibus Latine editis, utut ſtudioſe quæſitum, nondum reperire contigerit, alium non minoris authoritatis indicavit mihi accuratæ eruditionis vir, Amicus ſingularis Edwardus Bernard, qui in ejuſdem Comment. in l.2. Meteor. Ariſtotelis (editionis quæ in fol. p.200. ejus quæ in 8° 41.) occurrit; ubi hæc leguntur, " Et Socius noſter AbuBecher filius " Tophail fecit bonum tractatum in intentione propoſiti-" onum quas ipſe fecit in hac declaratione, & jam ipſe de-" ſtruxit ipſum (Diſputat autem ibi, utrum loca juxta circulum Æquinoctialem ſint habitationi idonea.) Ex his extra

tra dubium poni videtur, Abu Jaafarum seu AbuBecrum nostrum eodem tempore vixisse cum Averroe qui Anno Hejræ quingentesimo nonagesimo quinto (qui in A.C. 1198. incidit) mortuus perhibetur valdè senex, adeoque ante annos plus minus quingentos floruisse. Ex iisdem conjicere liceat eum alia etiam scripsisse, quæ cum ad manus nostras non pervenerint, de præsenti solum libello instituendus est nobis sermo. Hic titulum præfert, Epistola (sic breviores quosque tractatus appellare amant Arabes & Judæi) Hai Ebn Yokdhani, (seu de Hai) & Asalis (ita enim alibi constanter legitur, licet ad finem Præfationis in Cod. MS. legatur *Absal) errore, ut puto, librarii cum in versione Hebraica, & Mosis Narbonensis Commentario Asal semper appelletur, & à Mardochæo Comtino, in exemplari nostro, Asial,) & Salamanis, quibus nomina ista indidisse ait Abû Ali Avicennam [seu Ebn Sina.] Ubi loci, non indigitat. Moses Narbonensis autumat ipsum in Philosophia sua, quam Orientalem appellàvit eorum meminisse; quod, cum liber istè integer non occurrat (ut nec ante annos complures extitisse monet Author historiæ Medicorum) nec asserere ausim nec negare: in opere alio distincto id fecisse ipsum verisimile est, cum & inter ipsius scripta in * eadem historia recenseatur liber titulo Hai Ebn Yokdhan, cujus etiam, cum ipsum videre non contigerit, quodnam fuerit institutum nescimus; conjicere autem liceat quæ de ejus origine atque ortu hîc fingit noster, ex illo hausta, saltem quod ad eam historiæ partem quæ eum tradit absque patre aut matre è terræ gremio prodiisse. Hæc enim sententia jam olim Avicennæ affigitur. Averroes hac ex parte dicam ei impingit, tam ad Phys. l. 8. quam ad l. 2. Metaphys. R. Gershom diserte ait scripsisse Avicennam שאינו מן הנמנע non esse impossibile ut in terra formetur ita comparata materia ut hominis for-

* Et sic videtur legere Ebn. Chal.

* v & Ebn. Chalicau.

 mæ

mæ recipiendæ idonea ſit; necnon quendam ſuis temporibus propinquiorem, in brevi quodam tractatu argumenta afferre, quibus adſtruat Avicennæ ſententiam, eamque eſſe ſub linea Æquinoctiali aëris temperiem ut ibi aliquando contingere hoc poſſit. Vix dubitem quin Authorem noſtrum indigitet. E recentioribus etiam qui Avicennæ idem impingunt, Bened. Pererius ait ipſum illud aſſerere in libro de Diluvio. Librum eo titulo inſignitum inter illius opera non reperio: at in Sectione ultima libri ipſius de Meteoris, quæ eſt de Magnis accidentibus quæ in Mundo contingunt, agit quidem de امر الطوفانات i.e. iis quæ ad Diluvia ſpectant, at ibi de homine ſpeciatim tale quid aſſeri non reperio, conſultis licet duobus exemplaribus Arabicis MSS. (verſionem enim Latinam non vidi) ſed quod eodem redeat; generaliùs ſcil., fieri poſſe forſitan, ut animal quodvis perfectum longo temporum atque annorum decurſu, (Deo ſic diſponente, atque idem auxilium ſuppeditante quod in ordinaria generatione ſuppeditare ſolet,) etiam è materia terræ rite diſpoſita producatur, uti ſæpius ignobiliora quædam, veluti ranas, mures, &c. generari cernimus, quæ tamen aliâs etiam ordinariâ generationis lege procreantur. Hoc interim non aſſerit unquam contigiſſe, ſed nôn impoſſibile eſſe ut contingat. Idque magis, credo, ut in Philoſophando libertatem ſibi vindicaret de omnibus quæ aliquo modo probabilia videri poſſent, in utramq; partem diſputandi, quam quod tale aliquid unquam eventurum crediderit. Quod de noſtro etiam cenſendum judico, dum quicquid in Avicennæ ſententia probabilitatis eſſet, eruit, verbíſque ornat, & in uſum ſuum transfert. Si igitur aliquid minus credibile narrare videatur hac ex parte, illud Avicennæ potius, qui fabulam confinxit, quam noſtro qui eam exornandam ſuſcepit, imputandum: Et ne minus

cautè

cautè egisse videatur, quam illi qui confictas historias narrare solent, dum ea quæ infanti sive terrâ sato in insula illa inculta, sive cum recens natus esset aliunde delato, nemine qui testari posset vidente, contigerint exponit, omnia famæ & Plurium (qui nihil nescire solent, quibusque non magis notæ sunt domus suæ, quam miraculorum ferax insula Wakwak) fide perhibet; ipse neutram sententiam præfert, satis sibi ducens talem, undecunque originem traxerit, supposuisse qui indole præstans atque ingenio pollens, cum aliorum consortio & ope destitutus, se usus sit magistro, ultimas rationis vires in rebus tam inferioris naturæ, quam quæ supra naturam sunt scrutandis atque inquirendis, exeruerit. Is enim videtur præcipuus hujus operis scopus ut ostenderet quousque Ratio illibata suis viribus in rerum sublimiorum cognitione pertingere possit, & ejusmodi contemplationi deditis methodum præscriberet: atque eâ certe methodo hoc præstitit, quæ post aliquot jam elapsa sæcula, adhuc forsan nova, videri possit, & via non aliis trita, eoque Philosophum suum eâ perducit in Dei mundique superioris cognitione, ultra quod, nisi divinæ revelationis ope, perveniri vix aut ne vix possit. Ad eam demum confugere cogitur Ratio nimio rerum istarum fulgore occœcata, adeo ut facilè percipere sit eorum ὑπερφροσύνην qui ea, solo rationis suæ modulo metiri volentes, quæ, ut ille sæpius ingerit, nec oculus videre, nec auris audire, nec mens hominis percipere possit, hac ratione ea concipiant ac palam proferant, quæ vel Sadducæismum vel Fanaticismum, si non demum Atheismum sapiant. Ab hoc errore ut cavere hominem θεωρητικὸν suum, & dum se ad altiora rimanda accingit, sobriè sapere doceat Author noster, in Præfatione sua monet quid sequi, quid vitare deceat, dum in quos tam è vul-

go indocti, quam & magni nominis Philoſophi, errores inciderint, oſtendit, ipſis eo nomine notatis. Sed quid ſibi propoſuerit Author noſter, Lector ipſe, perlecto, ſi libet, opere, meliùs perſpiciet; qui interim ut æquum de eo judicium ferat, rogandus eſt ut ſecundum iſtorum temporum quo vixit ille, non præſentis ætatis genium, qui in multis forſan ab eo diſcrepat, ſtatuere velit. Multa tunc nova videbantur quæ nunc trita, ac penè exoleta. Si igitur aliqua hic dicta Philoſophiæ, quæ nunc obtinet, placitis minus conſentanea videntur, monendum eſt ea cum iis quæ tunc temporis Arabum ſecta (non ignotis, ſed minus probatis, aliis) amplectebatur, convenire; ut, ne Lectorem ad AlFarabium, Avicennam, AlGazalium, AbulSayeg (Aven Pacem) Averroem, alioſve ſive editos, ſive ineditos, at minus obvios remittam, ex ſolo Maimonide patebit, apud quem in præſtanti illo opere Moreh Nevochim, quicquid fere in hoc libro diſputatur, reperiri poſſit. Quanto olim in pretio fuerit libellus iſte, inde æſtimari poſſit quod non ſolùm Lectores, ſed & Interpretes, & Commentatores, tam apud Judæos, quam apud Arabes habuerit, & cui ornando labor impenderetur dignus viſus ſit. Inter Arabes enim apud Ahmedem Ebn Yahya Ebn Phadlillahi qui opus Geographicum Mohammedi Kelauni filio Mamlucidæ, ad Ægypti imperium circa annum Hejræ ſexcenteſimum nonageſimum tertium promoto, dedicavit, laudatum reperio شارح رسالة حي بن يقظان: Commentatorem in Epiſtolam Hai Ebn Yokdhan, atque ex eo deſumpta quæ ad probandum regiones juxta Æquinoctialem habitabiles eſſe adducuntur. Quod ad Judæos, ipſum non ſolum à Mardochæo Ben Eliezar Comtino Conſtantinopolitano in ſuis ad Aben Ezræ librum, Yeſod More dictum, Commentariis, nec non à Magni (ſi quis alius) apud ſuos nominis & Authoritatis

tatis

tatis ſcriptore Iſaac Arama in l. Akidat Iſaac, c. 19. citatum invenio, ſed & Hebraicè (neſcio adhuc à quo) verſum & commentario ſatis prolixo illuſtratum à Moſe quodam Narbonenſi, qui ſe opus ſuum abſolviſſe ait anno centeſimo nono לפרט אלף הששי Millenarii ſexti; cujus exemplar pulcherrimè exaratum habetur in Bibliotheca Bodleiana & niſi me fallit memoria, alium aliquando vidi, imo habui, qui idem præſtitit. Qui tanti pridem habitus, non dubito quin & jam aliquos non minus faventes inveniat, ſi non aliam ob cauſam, ſaltem ob brevitatem & argumentandi ſubtilitatem, qua ſi non multum proderit aut delectabit, ſaltem paucarum horarum tædium non inutiliter fallet. Ut ut autem aliis placuerit, PhilArabibus non ingratum opus futurum ſpondere auſim, tum ob illum, de quo gloriari auſus eſt ipſe Author, verborum delectum non vulgarem, (utpote ſtilo polito, admodum ſuavi atque eleganti, quantum patitur materia, conſcriptũ) tum quod mole licet exiguum, utilitate interim maximum ſit, cum lectorem ad majora Philoſophorum eâ linguâ conſcripta volumina, (tam eorum quos laudat Author quam aliorum, ſi in manus inciderint) legenda abundè, perſpicua vocum quæ apud eos occurrunt explicatione, inſtructum reddet. Atque hoc certe mihi, cui linguarum Orientalium ſtudium promovendi munus incumbit, ſatis eſt ad illud commendandum, meq; ut aliis commendatum cupiam, alliciendum; neq; ſi hoc ex eo commodi percipi poſſit, fruſtra me operam navaſſe arbitrabor, cum ſtudia iſta, licet aliquibus forſan contemptui habita, ut magni fieri debere ſtatuo, ita in honore apud poſteros futura, non vanus augur, ominari mihi videar. Quis enim niſi cui ſurdo canit fama non mendax neſcit quantam jam iis exornandis operam navent nobiliſſima apud Gallos ingenia? Quanti in Italia fiant teſtantur libri inde allati;

 Quanti

Quanti per omnes Germaniæ regiones, prædicant qui eas viserunt; In Belgio fieri non potest ut magni illi bonarum literarum Fautores quorum beneficio Erpenii & Golii admirandos labores debemus, ea in posterum neglecta jacere sinant. In Anglia nostra maturè florere cœperunt hæ literæ operâ Adhelardi Bathoniensis Magnæ Eruditionis viri, atque Authori nostro forsan coævi, utpote qui Henrico * *Circa an.1130.*
" Willielmi (ut ipse testatur) hic imperante floruit, ac no-
" stratium, addo etiam Latinorum omnium primus, (inquit Doctissimus ille, mihique dum vixit Amicissimus Gerardus
" Langbanius) Arabum Gazas Europæ invexit, aliorumque post eum qui iis ornandis felici conatu incubuerunt. In posterum ne coli desinerent cautum erat olim decreto Concilii Viennensis (A. D. 1311.) quod ad Academiam Oxoniensem; at nuper multo efficaciùs munificentiâ Reverendissimi Præsulis Gulielmi Laud Archiepiscopi Cantuariensis, institutâ suis sumptibus Professione & magno librorum Orientalium thesauro locupletatâ Bibliothecâ, cui & nobile accessit ex Magni Seldeni Musæo auctarium Scriptorum luce dignissimorum. Et quid ni, quam merentur, lucem expectent, extructo jam inimitabili Reverendissimi Antistitis, qui Primas nunc in Ecclesia Anglicana tenet Gilberti Sheldoni Magnificentiâ, præstantioribus ingeniis Theatro (opere, cui quod æquet vix habet orbis terrarum) in quo felicius quam in fortunata ista quæ Haio nostro nascenti contigit, insula, fœtus suos exponant, iis auspiciis typorum beneficio ad ἀκμὴν perducendos, ut in ultimas terræ regiones transmigrare, ac se in Doctorum qui ubique sunt consuetudinem insinuare valeant? In Academia pariter Cantabrigiensi earum promotioni non minori cura prospectum est, tum insigni liberalitate Amplissimi viri Thomæ Adams Equitis Aurati, à quo instituta Linguæ Arabicæ

bicæ profeſſionem egregie ornat jam, merito ſuo Celeberrimus, Edmundus Caſtellus, quam ipſorum qui jam in illa ſtudiis feliciter præſunt junctis conatibus, qui quantum iis ornandis, nullis parcentes ſumptibus, ſtudeant læti accipimus & grati agnoſcimus. Plura igitur & majora expectare poteris, Benevole Lector, at his interim paucis fruere quæ ad ea viam tibi ſternant. Monendum ſupereſt, exemplar ad cujus fidem hæc edita ſunt unicum tantum fuiſſe (neq; enim alterum unquam videre mihi contigit) ſed illud melioris notæ adeoque emendatum ut alterius opem raro deſideraremus; quin & antiquum ſatis ut patere poſſit ex his ipſius Librarii manu ad libri calcem adſcriptis.

كمل كتاب حديث حي بن يقظان واسال وسلامان تاليف
للشيخ الامام العالم العارف المدرك الواصل ابي جعفر بن طفيل
رحمة الله عليه في نهار يوم الجمعة مستهل المحرم سنة ثلث وسبعماية
علي يد الفقير الي الله تعالي ابرهيم بن محمد بن يحيي &c

Abſolutus eſt liber hiſtoriæ Hai Ebn Tokdhan, & Aſal, & Salaman, qui compoſitus eſt à Doctore Antiſtite Sapiente, ſciente, ſummum perfectionis & conjunctionis [cum Deo] gradum aſſecuto, Abi Jaafar Ebn Tophail, die Veneris, Kalendis menſis Moharram, anno ſeptingenteſimo tertio, manu Dei excelſi auxilio indigentis Abrahami filii Mohammedis filii Tahyan. &c. Annus autem Hejræ 703. initium habuit Aug. 15. A.D. 1303. Eſtque Moharram primus anni menſis. In verſione Latina ſi quid occurrat magis ad literam, quam ut auribus delicatioribus placeat expreſſum, illud mihi magna ex parte imputandum, cum eas Interpreti leges præſcripſerim, ut à genuina verborum Arabicorum ſignificatione, quam minime

nimè fieri poſſet, recederet. Cum enim duo ſint, quæ iis qui libros è lingua in linguam vertendos ſuſcipiunt, duro fato ſuo, objici ſolent; primum, ſi propius ad verba ejus in qua ſcripti ſunt dialecti accedant, elegantiæ neglectus, alterum ſi ab iis longius recedant, ipſos non authoris, ſed ſuos ſenſus dare, nec eorum qui linguam iſtam addiſcere cupiunt eam, quam par eſt, rationem habere; à poſteriori magis cavendum ſentio, cum ab ipſo lectore prius faciliùs corrigi poſſit. Supervacaneum eſt ut moneam verba quælibet ex Alcorano deſumpta, licet ſenſum aliquando & orationis ſeriem perturbent, elegantiæ loco haberi apud Mohammedanos, ut & apud Judæos è textu Biblico aut Talmude adducta. Aliqua hujuſmodi citatis locis in margine notavimus, alia facilè percipiet Lector.

ERRATA.

PAg.12.lin.6.leg. *deſcriberet.* ib.l.5. à fine leg. *quæſtionem.* p.32.l.1.leg.*pulchra.* ib. l. 5. à fine lege *in ortu ab eo deflexit & ſub occaſum verſus ipſum rediit.* p. 36.l.4. à fine leg.*hominem.* p.40.l.17.leg.*facultatibus quæ in ipſo erant: ab eo oriundis.* p. 63. l. 20. leg. *etiam.* p.64.l.21.leg.*aliquid.* p.80.l.11. leg.*contrariam.*p.83.l.20.leg. *corporei.* ib. l. 21. *ſuperaddita.* p. 84.l.12. & l.ult. *corporeitati.*p.87.l.10.*proſecutus.* p.103. in margine adde *& ſic in Hebraica verſione eſt.* p.115.l. 22. leg. [*Opifex iſte*] *corporis.* ib.l.ult. pro *voluntarii,* leg. *opificis liberè.* p. 135.l. 11. *maximè.* ib.l.25. pro *&* leg. *ut.* p.140.ſic leg.pro 104. p.140.l. 12. *exerceret.*p.152.l.8.*aliquandiu.* p.160.l. 13. *præſentiam.* p. 172. in m. leg. *Alkaredh.* p. 187. l. 8. à fine adde in m. *Alk.c. AlAhkaf.* p. 192. l ult. pro *in melius redigendi,* leg.*ſibi conciliandi.*p.195.ad l.3 adde in m.*Alc.c. Al Jathiah.*p.199.l.23.*varias.*

Scriptorum qui ab Authore nostro citantur

ELENCHUS.

Ex quo Chalifarum Hashemidarū, ac præcipuè septimi eorum Almamunis, (ut docet Greg. AbulPharagius) auspiciis, se ad Philos. omnigenæ studia applicārunt Arabes, primas apud eos obtinuit Peripatetica, adeò ut Mohammedi Zachariæ AlRazi ignorantiæ imputaretur, quòd eâ desertâ diversæ sectæ se addixerit, eorum nempe qui Voluptatis asseclæ audiunt, quòd scilicet in scientiæ adyta non penetraret, neque Aristotelis mentem perciperet, teste eodem Gregorio *pag.* 50. Omnium autem qui Philosophiæ gloria apud eos claruerunt præcipui & quasi Antistites semper habiti sunt, quos in Præfatione laudat Author noster: qui quando floruerint, hic subjicere visum est.

I. AlPharabius, viz. ابونصر محمد بن طرخان بن اوزلغ الفارابي التركي Abu Nasr Mohāmed f. Moham. f. Tarchan, f. Auzalg AlPharabi Turca. Turca enim erat natione, natus in urbe Turcarum celebri Pharab, quæ postea Otrar, testibus Ebn Chalican & Abu'lFeda in Hist. E patriâ studiorum gratiâ se primò Bagdadum contulit, ubi præter alias quas jam callebat linguas, [vix cum Ebn Chalican & Epitom. Yapheensis septuaginta eum calluisse asserere ausim] summam Arabicæ peritiam consecutus scientiis Philosophicis operam dedit; in quibus eos fecit profectus, ut cæteros omnes facilè superaret, adeò ut cum Damasci (quò se tandem ad Saifoddulam Imperatorem contulit,) inter doctos haberentur disputationes, reliquis ad silentium redactis, verba ipsius tanquam oracula, ab ore ejus excepta scriptis mandarent Auditores. Eo demum evasit, ut haberetur اكبر فلاسفة المسلمين لم يكن فيهم من يبلغ رتبته في فنونه Id est, Philosophorum apud Mohammedanos maximus, ad cujus gradum in iis quibus operam dedit disciplinarum generibus haud alius quis inter eos pertigit: adeò ut nonnullis ipsum Aristotelem æquare, si non supérare videretur. Multa admodum scripsit, in Musicâ, Rhetoricâ, Logicâ, omnibúsque Philosophiæ partibus: quæ non solùm apud Mohammedanos, sed & Christianos & Judæos in pretio semper fuerunt: adeò ut asserat Maimonides, (qui sæpè eum laudat,) omnia quæ scripsit ille esse סלת נקיה Similam puram, atque ejusmodi quæ intelligere & ex quibus utilitatem capere possit Lector, quòd scientiâ admodum præcelleret. Esse

 tamen

tamen aliqui in ejus scriptis non adeò sana annotat Author noster in Præfatione. Fuisse interim perhibetur ازهد الناس في الدنيا Maximus mundi contemptor, atque omnium abstinentissimus. Obiisse fertur Damasci anno Hejræ 339. circiter octogenarius. Annotat Epitom. Yaphei tres magni nominis Philosophos fuisse متهمون في دينهم in Religione suspectos, viz. AlPharabium, AlCendium [vulgò AlKindi] & Avicennam: & Abulfeda ad annum Hejræ 535. quendam è suggesto publicè invectum contra Aristotelis, & AlPharabii, atque Avicennæ Philosophiam, tradit.

II. AlSheich Abu Ali, Avicenna, viz. الرييس ابو علي الحسين بن عبد الله بن سينا (ut scribunt Ebn Chal. Hist. Med & Epitom. Yaphei) Princeps, vel ut Gregorius AbulPharag. aliique) الشيخ الرييس Doctor Primarius Abu Ali AlHosain Ebn Abdollah, Ebn Sina. Huic patria Bochara, ubi natus perhibetur anno Hejræ 370. ut mirer esse qui eum Cordubensem statuunt, & Avicennæ coævum. Huic secundas post AlPharabium facilè tribuunt Arabes, in Philosophiâ nimirum; nam in Medicinæ peritiâ longè præcelluit. Sed de eo jam ut Philosopho loquimur, quo etiam nomine, & apud suos & apud alios magnam meritò adeptus est gloriam, atque Principis titulo insignitus: quem etiam ob illum quem in regno sustinuit gradum jure mereri poterat, utpote Vizieri munere functus sub Shemsoddula. Qui plura de ejus vitâ scire cupiat, consulat Gregorium AbulPharagium, vel ipsius vitam aliquibus editionibus Canonis præfixam: nè aliis fabulosa de eo narrantibus, quorum meminit Doctissimus Sionita, fidem habeat. Quamplurima in omni scientiarum genere scripsit, inter cætera libros ab Authore nostro laudatos: viz. AlShepha & Philosophiam Orientalem. AlShepha omnes ferè Philosophiæ Artiúmque Liberalium partes continet. Hunc librum interpres Latinus, & post eum alii Sufficientiam vocant, forsan ad sonum vocis magis quàm significationem attendentes. AlShepha enim potiùs Sanitatem, Sanationem, Medicinam & remedium denotat. quò allusit ille qui Philosophi istius mortem deflens scripsit, Non sanavit ipsum AlShepha, [i e. liber ipsius Sanitas dictus:] nec liberavit eum النجاة [i. e. liberatio, quo titulo alium composuit librum.] Significat tamen & idem nomen AlShepha Exiguum quid, quod rei reliquum est: quo forsan respexit qui Sufficientiam vertit. Librum istum ad Peripateticorum doctrinam & præcepta per omnia conformatum testatur Author noster. In altero isto scil. الحكمة المشرقية i.e. Philosophia Orientalis, majorem sibi libertatem sumpsisse videtur, ut ex ipso refert noster, pleniúsq; quid ipse sentiret, protulisse: sed temporum injuriâ magnâ ex parte periit.

periit. Ideoque quem in eo scopum sibi proposuerit haud facilè statuerimus. Orientalium, viz. Indorum, placita in eo examinâsse videtur, & cùm iis quæ tradunt Peripatetici contulisse. Quod inde conjicimus, quia & Abu Rihan Mohammed AlBiruni, qui eodem cum ipso tempore floruit, Indiam ingressus & ipsorum Philosophiam didicit, & illos Græcorum Philosophiam docuit, teste Gregorio Abu'lPharagio. Jam dictis unum ex Ebn Chalican addere liceat, cùm á Nuha Ebn Nasr AlSamanensi Chorasani Principe in Bibliothecam suam cui non alia in istis regionibus par fuit, omnigenis maximi pretii & eruditionis libris refertam ingrediendi copiam impetrâsset, eum ex illis diligentèr lectis ea hausisse quæ aliis ignota, adeò ut alios omnes eruditionis gloriâ superaret. Cùm igitur postea, nescio quo casu, factum esset, ut incendio periret Bibliotheca ista, Avicennæ inimici illud ei imputabant, tanquam ipso procurante factum, quo scil. aliis ea quæ ipse didicerat, discendi occasionem præriperet. Præter majora ab ipso conscripta volumina, Epistolas etiam seu libellos quosdam elegantes ab eo compositos recenset Ebn Chalecan: atque inter eos Epistolam Hai Ebn Yokdhan, & Epistolam Absal (si ita legendum, & non Asal) & Epistolam Salaman. Dubito an hæ tres Epistolæ distinctæ fuerint, an una quæ trium istorum historiam contineret, ut hæc nostri Authoris ad ipsius imitationem composita.

III. AlGazali, scil. ابو حامد محمد بن محمد بن احمد الغزالي الطوسي Abu Hamed Mohammed, fil. Mohammed, fil. Mohammed Ebn Ahmed Algazali Tusensis. Tanto apud suos in honore fuit, ut ei tanquam proprium nomen attribueretur حجة الاسلام زين الدين Demonstratio Islamismi [seu Sectæ Mohammedicæ] Decus Religionis. Natus est anno Hejræ 450. (vel ut alii, 451.) mortuúsque an. 505. Multa & præclara scripsit, ut de aliis rebus, sic & in Philosophiâ. Aliorum Philosophorum, ubi contra Religionis suæ fundamenta peccare videbantur, sententias convellebat, ut vel ex titulo libri تهافت الفلاسفة Destructio Philosophorum; satis patet. Alpharabium & Avicennam (testibus AbulFeda & Epit. Yaphei, ubi de Avicenna loquuntur) Infidelitatis seu hæreseos incusabat: cujus tamen culpæ vix ipse immunis visus est Authori nostro, uti pag. 19 videre est.

IV. Ebno'l Sayeg, viz. ابو بكر محمد بن يحيي بن الصايغ (ut in Hist. Med.) Abu Becr Mohammed Ebn Yahya Ebno'l Sayeg, notus nomine ابن باجا Ebn Bajah (vulgò, Avenpace.) Hujus acumen & judicium magnopere prædicat præter nostrum,* Abu'l Hasen Ali quidam qui opera ejus in unum volumen collegit, ipsúmque eo nomine omnibus qui inter Mohammedanos

* In Præfat. atq; ex illo Hist. Med.

hammedanos Philosophiæ operam dederunt præferre non veretur: adeò ut asserat neminem post AlPharabium ipsi comparandum: atque ejus dicta iis quæ ab Avicenna & AlGazali prolata sunt, si inter se conferantur, præponderare. Juvenis adhuc mortuus est Fesæ, annno Hejræ 533. vel, ut alii 525. idque veneno sublatus, teste Ebn Chalecan; Ideoq; admodum imperfecta sunt ejus opera: ut annotat Author noster pag. 15. Multos illi inimicos concitavit invidia, ut videtur; fueruntque referente Ebn Chalican, qui ipsum quasi de Alcorano & doctrinâ in eo traditâ minus honorificè sentiret, incusarent.

V. Averroes scil. ابو الوليد محمد بن احمد بن محمد بن رشد Abu'l Walid Mohammed Ebn Ahmed Ebn Mohammed Ebn Roshd. Notior hic & celebrior quàm ut de eo plura dicamus, è discipulis Ebno'l Sayeg, ut testatur in vitâ ipsius Author Historiæ Medicorum. Meritò eum titulo الفنوني seu plura scientiarum genera callentis, ornat Epitomator Yapheensis. Cordubæ natus est & educatus: Maroccæ obiit an. Hejræ 595. postquam عمر عمرا طويلا i. e. vitam longam vixisset, teste eodem Authore Historiæ Medicorum: qui est موفق الدين ابو العباس احمد بن القاسم بن خليفة بن يونس المعروف بابن ابي اصيبعة Mowaffakoddin Abu'l Abbas Ahmed Ebno'l Kasem &c. notus nomine Ebn Abi Osaibea. in vivis fuit A. Hej 637.

VI. AlJonaid] laudatur p. 127. viz. ابو القاسم الجنيد بن محمد بن الجنيد Abulkasem AlJonaid fil. Mohammed, fil. AlJonaid, ut Ebn Chalic. at in Kamuso, dicitur Jonaid esse لقب Cognomen ipsius, nomen autem سعيد Said f. Obaid. ibique appellatur سلطان الطايفة الصوفية Rex Sectæ Sufiorum, de qua plura videre est in Specim. Hist. Arab. p. 373. & in Cl. Golii Lexico. è quibus dum severiorem quandam disciplinam, & à rebus mundanis abstinentiam, quo religioni & contemplationi vacarent, & nescio quam cum Deo familiaritatem profiterentur, multi horrendas eructabant blasphemias, & miras exercebant præstigias; qualis fuisse videtur الحسين بن منصور الحلاج AlHosain Ebn Mansur AlHallaj, à quo prolata fuerunt (teste Ebn Chalec.) blasphema illa verba, quorum p 4. meminit noster. viz. Ego sum veritas. Et ما في الجبة الا الله Non est sub hac veste quid nisi Deus * ob quæ, atque ejusmodi alia, morte crudelissimâ mulctatus est, Anno H. 309. ut videre est apud Greg. Abu'pharagium, & in Hist. Saracenica. familiaritatem eum habuisse cum AlJonaido isto de quo loquimur refert Ebn Chalican. Mortuus est autem AlJonaid, anno 297. velut alii 298. Hejræ, referente eodem.

* Reliqua tribuit AlGazali Abi Yazido Bestamiensi qui obiit A. Hej. 261.



رسالة حي بن يقظان

SIVE

Epistola Ebn Tophail

De Hai Ebn Yokdhan.





بسم الله الرحمن الرحيم



الشيخ الفقيه الامام العالم الفاضل الكامل العارف ابو جعفر بن طفيل رحمة الله عليه الحمد لله العظيم الاعظم القديم الاقدم العليم الاعلم الحكيم الاحكم الرحيم الارحم الكريم الاكرم الحليم الاحلم الذي علم بالقلم علم الانسان ما لم يعلم وكان الفضل الله عليه عظيما احمده على فواضل النعما واشكره علي تتابع الالاء واشهد ان لا اله الا الله وحده لا شريك له وان محمدا عبده ورسوله صاحب الخلق الطاهر والمعجز الباهر والبرهان القاهر والسيف الشاهر صلوات الله عليه وسلامه وعلي اله وصحبه اولي الهمم العظايم وذوي المناقب والمعالم وعلي جميع الصحابة والتابعين الي يوم الدين وسلم كثيرا سالت ايها الاخ الكريم الصفي الحميم منحك الله البقا الابدي واسعدك السعد السرمدي ان ابث اليك ما امكنني بثه من اسرار الحكمة المشرقية التي ذكرها الشيخ الامام الرييس ابو علي بن سينا واعلم ان من اراد الحق الذي لا جمجمة فيه فعليه بطلبها والجد في اقتنايها ولقد حرك مني سوالك خاطرا شريفا افضي بي والحمد لله الي مشاهدة حال لم اشهدها



IN NOMINE DOMINI MISERICORDIS MISERATORIS.



Nquit Doctor Sapiens, Antistes, sciens, præstans, perfectus, eruditus Abu Jaaphar Ebn Tophail, Laus Deo Magno, Maximo, Antiquo, Antiquissimo, Scienti Scientissimo, Sapienti Sapientissimo, Misericordi Misericordissimo, Benefico beneficentissimo, Benigno Benignissimo, qui docuit [usum] calami, qui docuit hominem illud quod non novit, quia fuit bonitas Dei erga eum magna. Laudo eum ob eximia ejus dona & gratias ei ago ob continua beneficia, & testor non esse Deum præter Deum unum cui non est consors, &c.

Rogasti, O Frater egregie, sincere, conjunctissime (donet Tibi Deus durationem æternam, & beet Te felicitate perpetuâ) ut enuntiem Tibi quicquid enuntiare potero, de mysteriis Philosophiæ Orientalis, cujus meminit Doctor Antistes primarius Abu Ali Ebn Sina: Scias autem illi qui assequi voluerit veritatem in quâ nulla est obscuritas, incumbere ut eam quærat, & diligentiam in eâ acquirendâ adhibeat; ac certè excitavit in me petitio tua animi motum egregium, qui perduxit me (Laus Deo) ad perci-

percipiendum ſtatum quem antea non videram, meque promomovit ad terminum adeo remotum ut eum deſcribere non poſſit lingua, neque eum exprimere ſermonis facundia, cum ſit alterius modi, atque alterius ab iis mundi, niſi quod ſtatus iſte præ eo quod ipſi ineſt, exultationis, gaudii, voluptatis, & lætitiæ, ejuſmodi ſit, ut non poſſit qui ad eum pertigerit, aut aliquem uſque ipſius terminum pervenerit, ipſum celare aut ſecretum tenere; verum illud accidit ei exultationis, alacritatis, lætitiæ, & delectationis, quod eum adigat ad ipſum ſummatim, non autem diſtinctè, exprimendum: quod ſi fuerit ex iis quos non acuerint ſcientiæ, ea loquitur de eo quæ non comprehendit, adeo ut dixerit quidam, cum ita comparatus eſſet, *O me celebrandum! Quantus Ego!* alter autem *Ego ſum Veritas*; alius, *Non eſt ſub hâc veſte niſi Deus*; Doctor verò Abu Hamed Algazali, cum ad hunc ſtatum pertigiſſet, uſus eſt parœmiæ loco hoc verſu,

Fuitq; quod fuit, de eo cujus mentionem non feci,
Puta autem bonum fuiße, nec ſciſcitare quomodo ſe res habuerit.

Atqui ipſum excultum literæ, & diſciplinæ perſpicacem reddiderant: Attende autem ad dictum Abu Becri, Ebn Alſayegi quod annectitur ſermoni ipſius, de deſcriptione Conjunctionis [Intellectus cum Homine:] Ait enim Ille, cum intellectus fuerit ſcopus in eo ipſius libro propoſitus, tunc appariturum, non poſſe illum percipi ex ſcientiis, in eo, quo ipſe erat, gradu uſitatis: Quod autem, de ejus ſenſu, animo conceperat, acquiſitum fuiſſe gradu, in quo conſtitutus vidit ſe abſtractum ab omnibus quæ præceſſerant, aliis imbutum opinionibus, quæ à materiâ non pendent, ſuntque nobiliores, quam ut attribuantur vitæ quæ a naturâ eſt, ſed ſunt proprietates quædam è proprietatibus Beatorum, longè diverſæ à compoſitione vitæ naturalis, verùm proprietates ex iis quæ Beatorum propriæ ſunt, quas æquum eſt ut vocemus proprietates divinas, quas donat Deus (ſummè celebrandus) è ſer-

اشهدها قبل وانتهي بي الي مبلغ هو من الغرابة بحيث لا
يصفه لسان ولا يقوم به بيان لانه من طور غير طورها وعالم غير
عالمها غير ان تلك الحال لما لها من البهجة والسرور و اللذة
والحبور لا يستطيع من وصل اليها وانتهي الي حد من حدودها
ان يكتم امرها او يخفي سرها بل يعتريه من الطرب والنشاط والمرح
والانبساط ما يحمله علي البوح بها مجملة دون تفصيل وان كان
ممن لم تحذقه العلوم قال فيها بغير تحصيل حتي ان بعضهم قال في
هذه الحال سبحاني ما اعظم شاني وقال غيره انا الحق وقال اخر
ليس في الثوب الا الله و اما الشيخ ابو حامد الغزالي رحمة الله عليه
قال متمثلا عند وصوله الي هذه الحال هذا البيت ∴ فكان ما كان
مما لست اذكره فظن خيرا ولا تسال عن الخبر ∴ وانما ادبته المعارف
وحذقته العلوم وانظر الي قول ابي بكر بن الصايغ المتصل بكلامه
في صفة الاتصال فانه يقول اذا فهم المعني المقصود من كتابه ذلك
ظهر عند ذلك انه لا يمكن ان يكون معلوم من العلوم المتعاطاة في
رتبته وحصل متصوره بفهم ذلك المعني في رتبة يري نفسه فيها
مباينا لجميع ما تقدم مع اعتقادات اخر ليست هيولانية وهي اجل
من ان تنسب الي الحياة الطبيعية بل هي احوال من احوال السعدا
منزهة عن تركيب الحياة الطبيعية بل هي احوال من احوال
السعدا خليق ان يقال لها احوال الاهية يهبها الله سبحانه
لمن

لمن يشا من عباده وهذه الرتبة التي اشار اليها ابو بكر ينتهي
اليها بطريق العلم النظري والبحث الفكري ولا شك انه بلغها ولم
يتخطها واما الرتبة التي اشرنا اليها نحن اولا فهي غيرها وان
كانت اياها بمعني انه لا ينكشف فيها امر علي خلاف ما
انكشف في هذه وانما تغايرها بزيادة الوضوح ومشاهدتها بامر
لا نسميه قوة الا علي المجاز اذ لا نجد في الالفاظ الجمهورية ولا في
الاصطلاحات الخاصة اسما تدل علي الشي الذي يشاهد به ذلك
النوع من المشاهدة ٭ وهذه الحال التي ذكرناها وحركنا سوالك
الي ذوق منها هي من جملة الاحوال التي نبه عليها الشيخ ابو علي
حيث يقول ثم اذا بلغت به الارادة والرياضة حدا ما عنت له خلسات
من اطلاع نور الحق لذيذة كانها بروق تومض اليه ثم تخمد عنه
ثم انه تكثر عليه هذه الغواشي اذا امعن في الارتياض ثم انه
ليوغل في ذلك حتي يغشاه في غير الارتياض فكلما لمح شيا عاج
منه الي جناب القدس فيتذكر من امره امرا فيغشاه غاش فيكاد
يري الحق في كل شي ثم انه لتبلغ به الرياضة مبلغا ينقلب
له وقته سكينة فيصير المخطوف مالوفا والوميض شهابا بينا
وتحصل له معارفة مستقرة كانها صحبة مستمرة الي ما وصفه من
تدريج المراتب وانتهايها الي النيل بان يصير سره مراة مجلوة
يحاذي بها شطر الحق وحينيذ تدر عليه اللذات العلي ويفرح

è servis suis cui velit. Ad hunc autem gradum, quem innnuit Abu Becr pervenitur viâ scientiæ speculativæ, & disquisitionis cogitativæ; nec dubium est ipsum eum attigisse, neque ab eo aberrâsse: Gradus autem quem nos priùs innuimus, alius ab eo est; quamvis & ipse idem fuerit, eò quòd non retegatur in eo aliquid, contrà quàm in isto retectum sit. Distinctio autem ejus [consistit] in accessione perspicuitatis, & quòd percipiat ope Rei quam non appellamus Potentiam, nisi metaphoritè, cum non inveniamus neque in verbis vulgò usitatis, neque in terminis Doctorum propriis, nomen, quod indicet Rem illam, quâ percipit species ista perceptionis. Hic autem status cujus mentionem fecimus, & ad cujus gustum aliquem percipiendum movit nos quæstio tua, est ex numero eorum quæ subinnuit Sheich Abu Ali, ubi dicit, "Deindè cum pertigerit voluntas & exercitatio ad terminum "quendam, obveniunt illi stricturæ ex aspectu lucis Veri, jucun-"dæ, ac si essent coruscationes, quæ levitèr illi affulgent, "deinde ab illo recedunt, tum multiplicantur illi occursus isti "subitanei, cum perstiterit in exercitatione; deindè eis assue-"fit, donec ei obveniant sine exercitatione, & quoties aliquid "strictìm intuitus fuerit, ab eo inclinat ad *latus Sanctitatis, & ex "rebus suis aliquid memoriâ tenet; & deindè aliquid ei dere-"pentè obvenit, adeo ut penè videat veritatem in omni re; "deindè perducit eum exercitatio ad eam perfectionem cujus "status vertitur illi in firmam animi tranquillitatem atque "evadit quod surripi solitum est familiariter notum, & quod "levitèr micabat, lux manifesta; & obtingit illi notitia fir-"ma, ac si esset societas continua; Hæc una cum iis, quæ descripsit de ordinato progressu graduum, donec ad comprehensionem perveniant, adeo ut sit secretum ipsius speculum politum, quo ex adverso respicit, eam partem in quâ est Veritas; & tunc copiosè defluunt deliciæ celsissimæ, atque intus in animo gaudet

* *Atrium*, vel *limen*.

ob

ob vestigia veritatis, quæ in eo videt; éstque ei cum in hoc gradu constituitur, respectus ad veritatem, & respectus ad animam suam, ipseque adhuc huc & illuc agitur, donec tandem ab animâ suâ recedat & respiciat tantummodo latus Sanctitatis, quod si animam suam respiciat, fit hoc ideò quod Ipsa illud respicit; atque ibi æquum est ut sit Conjunctio [cum Deo.] Atque his modis quos descripsit Ille, voluit esse sibi Gustum, non per viam apprehensionis speculativæ, quæ elicitur ratiocinationibus, & præmissis præmittendis, & conclusionibus deductis. Quod si velis similitudinem, quâ tibi appareat differentia inter apprehensionem hujus hominum sectæ, & apprehensionem aliorum; animo concipe statum cujusdam, qui cæcus natus sit, nisi quod sit indolis præstantis, sagacis conjecturæ, firmæ memoriæ, animi rectè dispositi, creveritque ab eo tempore quo primus fuit, in regione aliquâ, ubi non desiit notas sibi reddere hominum in eâ personas, necnon multa tam animalium quam rerum inanimatarum genera, urbísq; plateas, vias, domos, fora, cæteris, qui ipsi erant, apprehendendi modis, donec ita se habuerit, ut eam urbem obire posset, absque viæ duce, atque unumquemque qui sibi occurreret notum haberet, eumque statim salutaret, dignosceretque colores, eorúmque definitionem, per nominum eorum descriptiones, & definitiones quasdam, quæ eos indicarent. Tum ipsi, postquam ad hunc gradum pervenisset, apertos fuisse oculos, & contigisse ipsi perceptionem per visum, cumque per totam illam urbem incederet, eamque obiret, nihil omnino invenisse, contrarium illi quod crediderat, neque quicquam quod inibi erat non agnovisse, atque invenisse colores eo modo se habere, qui veras fuisse descriptiones quibus ipsi descripti fuerant ostenderet, nisi quod in his omnibus, contigerint ipsi duæ res magnæ invicem se consequentes, nempè

بنفسه لما يري بها من اثر الحق ويكون له في هذه الرتبة نظرا
الي الحق ونظر الي نفسه وهو بعد متردد ثم انه ليغيب عن
نفسه فيلحظ جناب القدس فقط وان لحظ نفسه فمن حيث هي
لاحظة وهناك يحق الوصول فهذه الحوال التي وصفها رضي الله
عنه انما اراد بها ان تكون له ذوقا لا علي سبيل الادراك النظري
المستخرج بالمقاييس وتقديم المقدمات وتنتيج النتايج وان
اردت مثالا يظهر لك به الفرق بين ادراك هذه الطايفة وادراك
سواها فتخيل حال من خلق مكفوف البصر الا انه جيد
الفطرة قوي الحدس ثابت الحفظ مسدد الخاطر فنشاء منذ كان
في بلدة من البلدان وما زال يتعرف اشخاص الناس بها وكثيرا
من انواع الحيوان والجمادات وسكك المدينة ومسالكها وديارها
واسواقها بما له من ضروب الادركات الاخر حتي صار بحيث
يمشي في تلك المدينة بغير دليل ويعرف كل من يلقاه ويسلم عليه
باول وهلة وكان يعرف الالوان وحدها بشروح اسمايها وبعض
حدود تدل عليها ثم انه بعد ان حصل في هذه الرتبة فتح
بصره وحدثت له الروية بالبصر فمشي في تلك المدينة كلها وطاف
بها فلم يجد امرا علي خلاف ما كان يعتقده ولا انكر من امرها شيا
وصادف الالوان علي نحو صدق عنده الرسوم التي كانت رسمت
له بها غير انه في ذلك كله حدث له امران عظيمان احدهما

تابع C

تابع للاخر وبما زيادة الوضوح والانبلاج و اللذة العظيمة .فحال النظار الذين لم يصلوا الي طور الولاية هي حالة الاعمي الاولي والالوان التي في هذه الحال معلومة بشروح اسمايها هي تلك الامور التي قال ابو بكر انها اجل من ان تنسب الي الحياة الطبيعية يهبها الله لمن يشا من عباده وحال النظار الذين وصلوا الي طور الولاية ومنحهم الله تعالي ذلك الشي الذي قلنا انه لا يسمي قوة الا علي تسبيل المجاز هي الحالة الثانية وقد يوجد في النادر من هو بمنزلة من كان ابدا ثاقب البصيرة مفتوح البصر غير محتاج الي النظر ولست اعني كرمك الله بولايته هاهنا بادراك اهل النظر ما يدركونه من عالم الطبيعة وبادراك اهل الولاية ما يدركونه مما بعد الطبيعة فان هذين المدركين متباينان جدا بانفسهما ولا يلتبس احدهما بالاخر بل الذي نعنيه بادراك اهل النظر ما يدركونه مما بعد الطبيعة مثل ما ادركه ابو بكر ويشترط في ادراكهم هذا ان يكون حقا صحيحا وحينيذ يقع النظر بينه وبين ادراك اهل الولاية الذين يعتنون بتلك الاشيا بعينها مع زيادة وضوح وعظيم التذاذ وقد عاب ابو بكر ذكر هذا الالتذاذ على القوم وذكر انه للقوة الخيالية ووعد بان يصف * ينبغي ان يكون حال السعدا عند *ما ذلك بقول مفسر مبين وينبغي ان يقال له لا تستحل طعم شي لم تذق

pè, major rerum perſpicuitas, & claritas, & voluptas magna. Status ergo Contemplantium qui non venerunt ad gradum propinquitatis [ad Deum] eſt ſtatus cæci illius primus; & colores, qui in hoc ſtatu noti ſunt per explicationem nominum ſuorum, ſunt iſtæ res, quas dixit Abu Becr eſſe præſtantiores, quàm ut tribuantur vitæ naturali, quaſque dat Deus cui viſum fuerit è ſervis ſuis: At ſtatus Contemplantium, qui venerunt ad gradum propinquitatis [ad Deum] quibuſque largitus eſt Deus rem iſtam, quam diximus non nominari potentiam niſi Metaphoricè, eſt ſtatus ille ſecundus. Jam verò rarò reperitur qui ſit gradu ejus, qui ſemper fuerit viſu perſpicax apertos habens oculos, cui non opus ſit contemplatione. Non autem intelligo (honoret Te Deus propinquitate ſuâ) hic per apprehenſionem Contemplantium, illud quod apprehendunt ex rebus naturalibus, & per apprehenſionem eorum qui Deo propinqui ſunt, illud quod apprehendunt ex rebus ſupernaturalibus. (Hi enim duo apprehendendi modi valdè inter ſe diverſi ſunt, neque alter cum altero commiſcetur) verum illud, quod intelligimus per apprehenſionem Contemplantium, eſt illud quod apprehendunt ex Metaphyſicis, inſtar ejus quod apprehendit Abu Becr, & in eorum apprehenſione conditio hæc requiritur, ut ſit manifeſtò vera, & tunc incidit ſpeculatio [media] inter eam, & inter apprehenſionem eorum qui Deo propinqui ſunt, qui his ipſis rebus ſtudent, cum incremento perſpicuitatis, & majori delectatione. Reprehendit autem Abu Becr eos, qui mentionem facerent hujus voluptatis apud vulgus, & ſpectare dixit illam ad facultatem imaginatricem, promiſitque ſe deſcripturum, quomodo ſe tunc habiturus ſit ſtatus beatorum cum hoc aſſecuti fuerint, ſermone perſpicuo, & manifeſto. At oportet ut illi dicatur, Ne dulcem prædices ſaporem rei quam non

gustâsti, neque transilias colla veridicorum; neque enim vir iste quicquam ejusmodi perfecit, neque promissum hoc præstitit. Probabile autem est, ipsum ab illo instituto detinuisse illam, cujus meminit, angustiam temporis; & quòd occupatus fuerit, itinere ad Wabranum suscepto; aut vidisse ipsum, si statum istum discriberet compulsuram eum esse orationis seriem ad res [dicendas] in quibus esset, quod ipsi in vitæ suæ instituto opprobrio esset, & mendacii argueret præcepta ab ipso tradita, quibus homines incitavit ad multiplicandas opes, eásque congerendas, & ad utendum diversis artium modis in illis acquirendis. Verùm aliquantum abduxit nos sermo ad aliud quam ad quod petitione tuâ nos movisti, prout postulavit necessitas. Atq; ex hoc quod dictum est patet illud quod à Te quæsitum est necessariò includere alterum ex duobus hisce scopis, *viz.* vel ut quæras de eo quod vident, quibus Videre, & Gustare, & præsentibus esse in gradu propinquitatis ad Deum contigit: atque hoc ex iis est, quæ fieri non potest, ut in libro aliquo, prout se reverâ habent, describantur, cúmque aggressus illud quis fuerit, & conatus vel dicto vel scripto [exprimere] mutatur vera ejus ratio, & transit ad partes alterius generis speculativi; quando enim vestitur literis & vocibus, & propinquum fit mundo corporeo, non manet in eo quo fuit statu, ullo prorsus modo aut ratione, & valdè differunt in eo [exprimendo] vocum significationes, adeò ut in eo aberrent quorundam pedes à viâ rectâ, & de aliis putetur, pedes eorum lapsos esse, cum non sint lapsi: hoc autem ideo fit, quia res est, cui nullus est terminus in ampli tractûs spatio, quod ambit, non ambitur. Scopus autem secundus è duobus istis quos diximus quæstinem tuam necessariò includere, est, quod petieris ut nota fiat tibi res ista, eo modo quo id faciunt qui contemplationi se dedunt; atque hoc (Deus Te sibi propinquum sistat) res est, cujus ratio fert, ut in libris describatur, atque usurpentur ad eam

expri-

تذق ولا تتخط رقاب الصديقين ولم يفعل الرجل شيا من ذلك ولا
وفي بهذه العدة وقد يشبه ان منعه عن ذلك ما ذكره من ضيق
الوقت واشتغاله بالنزول الي وهران اوراي انه ان وصف تلك الحال
اضطره القول الي اشيا فيها قدح عليه في سيرته وتكذيب لما
اثبته من الحث علي الاستكثار من المال والجمع له وتصريف
وجوه الحيل في اكتسابه وقد خرج بنا الكلام الي غير ما حركتنا
اليه بسوالك بعض خروج بحسب ما دعت الضرورة اليه وظهر
بهذا القول ان مطلوبك لم يعد احد غرضين اما ان تسال عما يراه
اصحاب المشاهدة والاذواق والحضور في طور الولاية فهذا مما لا
يمكن اثباته علي حقيقة امره في كتاب ومتي حاول احد ذلك
وتكلفه بالقول او الكتب استحالت حقيقته وصار من قبيل
القسم الاخر النظري لانه اذا كسي الحروف والاصوات وقرب من
عالم الشهادة لم يبق علي ما كان عليه بوجه ولا حال واختلفت
العبارات فيه اختلافا كثيرا وزلت به اقدام قوم عن السراط المستقيم
وظن باخرين ان اقدامهم زلت وهي لم تزل وانما كان ذلك لانه
امر لا نهاية له في حضرة متسعة الاكناف محيطة غير محاط بها
والغرض الثاني من الغرضين اللذين قلنا ان سوالك لن يعدو
احدهما هو ان تبتغي التعريف بهذا الامر علي طريقة اهل النظر وهذا
اكرمك الله بولايته شي يحتمل ان يوضع في الكتب وتتصرف

فيه

فيه العبارات ولكنه اعدم من الكبريت الاحمر ولاسيما في هذا الصقع الذي نحن فيه لانه من الغرابة في حد لا يظفر باليسير منه الا الفرد بعد الفرد ومن ظفر بشي منه لم يكلم الناس به الا رمزا فان الملة الحنيفية والشريعة المحمدية قد منعت من الخوض فيه وحذرت عنه ولا تظنن ان الفلسفة التي وصلت الينا في كتب ارسطو وابي نصر وفي كتاب الشفا تفي بهذا الغرض الذي اردته ولا ان احدا من اهل الاندلس كتب فيه شيا فيه كفاية وذلك ان من نشا بالاندلس من اهل الفطر الفايقة قبل شياع علم المنطق والفلسفة فيها قطعوا اعمارهم بعلوم التعاليم وبلغوا فيها مبلغا رفيعا ولم يقدروا علي اكثر من ذلك ثم خلف من بعدهم خلف زادوا عليهم بشي من علم المنطق فنظروا فيه ولم يفض بهم الي حقيقة الكمال فكان فيهم من قال •

برح بي ان علوم الوري اثنان ما ان فيهما من مزيد
حقيقة يعجز تحصيلها وباطل تحصيله ما يفيد ؞

ثم خلف من بعدهم خلف اخر احذق منهم نظرا واقرب الي الحقيقة ولم يكن فيهم اثقب ذهنا ولا اصح نظرا ولا اصدق روية من ابي بكر بن الصايغ غير انه شغلته الدنيا حتي اخترمته المنية قبل ظهور خزاين علمه وبث خفايا حكمته واكثر ما يوجد له من التواليف فانما هي غير كاملة ومخرومة من اواخرها ككتابه في النفس وتدبير المتوحد

وما

Auro puro. exprimendam verborum formulæ: verùm est illa rarior * Sulphure rubro, & præcipuè in his regionibus, in quibus nos degimus; quoniam adeo peregrina est, ut non assequatur vel parùm aliquid de eâ * nisi Unicus post Unicum. Et qui consecuti sunt de eâ aliquid, illud hominibus non declararunt, nisi per obscura quædam indicia: siquidem secta Hanifitica, & lex Mohammedica vetat homines in eam se immittere, & cavere ab eâ monuit. Neque putes Philosophiam, quæ ad nos pervenit in libris Aristotelis & Abu-Nasri, & in libro Alshepha, absolvere hunc scopum quē voluisti, neque quenquam ex Andalosenis scripsisse de eo aliquid quod sufficere possit, idque, quia qui in Andalusia educati sunt ex viris indole præstantibus, antequam in illâ propagata esset scientia Logicæ & Philosophiæ, vitam suam impenderunt disciplinis Mathematicis, & gradum in eis excelsum assecuti sunt, nec plus quam illud præstare potuerunt. Deindè successit illis ætas hominum, qui illos aliquâ Logicæ peritiâ superarunt, cui operam dederunt; ita tamen, ut non perduceret illos ad veram perfectionem. Dixit ergo ex iis quidam

Singulis seculis singuli.

Malè me habet quòd scientiæ hominum duæ sint, nec sit quod iis addatur.

Vera, quæ difficultèr acquiritur, & Falsa, cujus acquisitio nihil prodest.

Deindè successerunt illis & alii ipsis perspicaciores, & qui ad veritatem propiùs accederent; inter quos haud fuit alius ingenii acutioris, nec qui res meliùs perspiceret, aut veriùs perciperet, quàm Abu Becr Ebn Alsayeg, nisi quod eum occupatum teneret mundus, donec ipsum præriperet mors, antequam patefierent thesauri scientiæ ejus, aut vulgarentur occulta sapientiæ ipsius; ac pleraque, quæ è scriptis ejus reperiuntur, imperfecta sunt & fine mutila; veluti liber ipsius de Animâ, & de Regimine ejus qui vitæ solitariæ se dederit, & quæ scripsit de Logicâ, & scientiâ Naturali; libri autem ejus perfecti Tractatus sunt compendiosi, & epistolæ raptim scriptæ;

ſcriptæ: atque hoc ipſe declaravit, dicens, illud cujus demonſtratio ipſi propoſita fuit, in epiſtolâ Alettefal, i.e. *Conjunctionis intellectûs* [cum Homine] non eo ſermone prorſus manifeſtum fieri, niſi poſt difficultatem & moleſtiam gravem, & quod methodus explicationis ſuæ aliquibus in locis via minùs perfecta ordinata fuerit; quod ſi amplius illi temporis ſpatium concederetur, in animo ſibi fuiſſe illam mutare. Atque ita ſe habet, quod ad nos pervenit de ſcientiâ hujus viri: nos autem ipſum non vidimus, & qui cum eo eodem tempore vixerunt, ejuſmodi ſunt [homines] ut non dicantur illi pares gradu fuiſſe, nec quid ab ipſis compoſitum vidimus: at qui ipſis ſucceſſerunt è coætaneis noſtris, ſunt illi, qui vel adhuc ſunt in ſtatu incrementi, vel qui ſubſtiterunt citra perfectionem, vel qui quomodo ſe reverà habuerint, nondùm ad nos notitia pervenit. Quod autem ad libros Abu-Naſri qui ad nos pervenerunt, plerique eorum ſunt de Logicâ: at qui perlati ſunt ex iis de Philoſophiâ ſcripti, dubiis referti ſunt. Aſſeruit enim in libro Almellati Alphadelati [i. e. *Secta præſtantiſſima*] durationem animarum malarum poſt mortem in cruciatibus æternis duratione æternâ; deindè diſertè ait in Politicis illas diſſolvi & annihilari, nec permanere præter animas virtute præditas & perfectas: deindè deſcribit in libro de Moribus aliquid quod ad beatitudinem hominum ſpectat, ipſámque in hâc vitâ eſſe, quæ hujus ſeculi eſt: deindè poſt illud profert verba, quorum hic ſenſus eſt, Quicquid præter hoc memoratur, eſt illud deliramentum & aniles fabulæ. Hic igitur omnes homines adigit ad deſperandum de miſericordiâ Dei, bonóſque & malos eodem gradu conſtituit, dum finem, ad quem tendunt omnes, annihilationem ſtatuit. Hic autem error eſt qui non remittitur, & lapſus poſt quem non eſt reſtauratio, Hæc, præter ea quæ protulit in quibus ſequius ſenſit [illegible] de [illegible]

وما كتبه في المنطق وعلم الطبيعة واما كتبه الكاملة فهي كتب
وجيزة ورسايل مختلسة وقد صرح هو نفسه بذلك وذكر ان
المعني المقصود برهانه في رسالة الاتصال ليس يعطيه ذلك القول
عطا بينا الا بعد عسر واستكراه شديد وان ترتيب عبارته في بعض
المواضع على غير الطريق الاكمل ولو اتسع له الوقت مال لتبديلها
فهذا حال ما وصل الينا من علم هذا الرجل ونحن لم نلق شخصه
واما من كان معاصرا له ممن لم يوصف بانه في مثل درجته فلم نر له
تاليفا واما من جا بعدهم من المعاصرين لنا فهم بعد في حد التزيد
او الوقوف على غير كمال او ممن لم تصل الينا حقيقة امره واما ما
وصل الينا من كتب ابي نصر فاكثرها في المنطق وما ورد منها في
الفلسفة فهي كثيرة الشكوك فقد اثبت في كتاب الملة الفاضلة بقا
النفوس الشريرة بعد الموت في الام لا نهاية لها بقا لا نهاية له ثم صرح
في السياسة المدنية بانها منحلة وصايرة الى العدم وانه لا بقا الا
للنفوس الكاملة ثم وصف في كتاب الاخلاق شيا من امر السعادة
الانسانية وانها انما تكون في هذه الحياة التي في هذه الدار ثم قال
في عقب ذلك كلاما هذا معناه وكل ما يذكر غير هذا فهو هذيان
وخرافات عجايز فهذا قد اياس الخلق جميعا من رحمة الله تعالى وصير
الفاضل والشرير في رتبة واحدة اذ جعل مصير الكل الى العدم وهذه
زلة لا تقال وعثرة ليس بعدها جبور هذا مع ما صرح به من سو

معتقده

معتقده في النبوة وانها للقوة الخيالية خاصة بزعمه وتفضيله
الفلسفة عليها الي اشيا ليس بنا حاجة الي ايرادها
واما كتب ارسطوطاليس فقد تكفل الشيخ ابو على بالتعبير
عما فيها وجري علي مذهبه وسلك طريق فلسفته في
كتاب الشفا وصرح في اول الكتاب بان الحق عنده
غير ذلك وانه انما الف ذلك الكتاب على مذهب المشايين
وان من اراد الحق الذي لا جمجمة فيه فعليه بكتابه
في الفلسفة المشرقية ومن عني بقراة كتاب الشفا وبقراة
كتب ارسطوطاليس ظهر له في اكثر الامور انها تتفق وان
كان في كتاب الشفا اشيا لم تبلغ الينا عن ارسطو واذا
اخذ جميع ما تعطيه كتب ارسطو وكتاب الشفا على ظاهره
دون ان يتفطن لسره وباطنه لم يوصل به الي الكمال حسب ما
نبه عليه الشيخ ابو علي في كتاب الشفا واما كتب الشيخ ابي
حامد الغزالي فهو بحسب مخاطبته للجمهور يربط في موضع ويحل
في اخر ويكفر باشيا ثم ينتحلها ثم انه من جملة ما كفر به الفلاسفة
في كتاب التهافت انكارهم لحشر الاجساد واثباتهم الثواب
والعقاب للنفوس خاصة ثم قال في اول كتاب الميزان ان هذا
الاعتقاد هو اعتقاد شيوخ الصوفية علي القطع ثم قال في كتاب المنقذ
من الضلال والمفصح بالاحوال ان اعتقاده هو كاعتقاد الصوفية
وان

de Prophetia, eámque ad facultatem imaginatricem propriè spectare ex ipsius sententiâ, & quod Philosophiam illi prætulerit, una cum aliis rebus quas non est opus ut adducamus. Quod autem ad libros Aristotelis, eorum vicem nobis supplet Alsheich Abu Ali in sua eorum explicatione, sectam ejus secutus, & Philosophiæ ejus viâ incedens, in libro Alshepha, [i. e. *Sufficientiæ*] cujus initio disertè asserit, veritatem opinione suâ aliam esse ab eo quod ibi tradidit, séque composuisse librum istum secundum doctrinam Peripateticorum, illum autem qui veritatem voluerit, cui nihil subest obscuri inspicere debere librum ipsius de Philosophiâ Almoshrakia, [i. e. *Orientali*:] Quod siquis operam dederit lectioni libri Alshepha, & lectioni librorum Aristotelis, manifestum erit ei illos in plerisque convenire; quamvis fuerint in libro Alshepha aliqua quæ ad nos ab Aristotele non pervenerunt; cum autem omnia acceperit quæ ipsi exhibuerint libri Aristotelis & liber Alshepha secundum exteriorem verborum sonum; non animum advertens, ad occultum & interiorem eorum sensum, minimè iis perducetur ad perfectionem, prout monuit Alsheich Abu Ali in libro Alshepha. Quod autem ad libros Alsheich Abu Hamed Al-Gazali, Ipse in quantum vulgus allocutus est, alibi ligat, alibi solvit; aliquáque infidelitatis arguit, deindè eadem profitetur; deindè in eorum numero, ob quæ infidelitatis accusat Philosophos in libro Altahaphot [vulgò *Destructionis*] est illud, quod negent resurrectionem corporum, & quod asserant præmium & pœnam ad animas privatim pertinere: deindè dixit initio libri Almizan [i. e. *Trutinæ*] hanc sententiam esse sententiam Doctorum Suphiorum præcisè; ac rursus in libro Almunkedh men Aldelali Walmophseh, bel Ahwali [i.e. *Liberantis ab errore & explicantis status*] dicit suam ipsius sententiam fuisse eandem cum opinione Suphiorum; seque eò

 perductum

perductum post longam disquisitionem. Ac multa sunt hujus generis in libris ipsius, quæ videbit qui eos inspexerit, & attentiùs consideraverit; Atque ipse ob hoc factum se excusari petit in fine libri Mizan AlAmal; [i. e. *Trutina actionum*] ubi asserit opiniones esse triplicis generis: primò, opinionem in quâ communicetur cum vulgo, in eo quod ipsi sentiunt; secundò, opinionem secundùm quam responsum reddatur omni qui quærat, & se dirigi petat; tertiò, opinionem quam quis apud se retinet, quamque nemo perspectam habet, nisi qui ejus in opinione suâ consors sit; deindè postea dicit; Quod si non fuerit in his verbis, nisi quod dubitare te fecerit de Sententiâ tuâ quam hæreditariò accepisti, satis fuerit hoc ad utilitatem; siquidem qui non dubitaverit non perpendet, qui non perpenderit non perspiciet, qui non perspexerit, manebit in cæcitate & perplexitate; deindè proverbii loco hoc usus est versu,

Accipe quod vides, & mitte quod auditu perceperis,
In ortu Solis, est quod faciat ne opus tibi sit Saturno.

Atque hæc est ratio doctrinæ ipsius; maximaque ejus pars est [per] ænigmata, & obscura indicia, è quibus non percipit utilitatem, nisi qui ea primò oculis mentis diligenter inspexerit, deindè eadem secundò ab ipso audierit, aut qui paratus fuerit ad ea intelligenda, indole præstans, & cui vel minimus sufficit nutus. Ait autem idem, in libro Aljawahar [i. e. *Gemmarum*] esse sibi libros non communicandos, nisi iis qui ipsis legendis idonei sunt; atque in ipsis se posuisse veritatem sinceram; Non autem pervenit in Hispaniam (quantum scimus) eorum aliquis; verum pervenerunt in Hispaniam libri, quos autumant quidam esse incommunicabiles istos: at non ita se res habet; sunt autem libri isti AlMaareph, AlAkliah [i. e. *Notitiæ Intellectuales*,] & liber AlNaphchi,

WalTaswiati

وان امره انما وقف علي ذلك بعد طول البحث وفي كتبه من هذا النوع كثير يراه من تصفحها وامعن النظر فيها وقد اعتذر عن هذا الفعل في اخر كتاب ميزان العمل حيث وصف ان الارا ثلثة اقسام راي يشارك فيه الجمهور فيما هم عليه وراي يكون بحسب ما يخاطب به كل سايل ومسترشد وراي يكون بين الانسان وبين نفسه لا يطلع عليه الا من هو شريكه في اعتقاده ثم قال بعد ذلك ولو لم يكن في هذه الالفاظ الا ما يشككك في اعتقادك الموروث لكفي بذلك نفعا فان من لم يشك لم ينظر ومن لم ينظر لم يبصر ومن لم يبصر بقي في العمي والحيرة ثم تمثل بهذا البيت

خذ ماتراه ودع شيا سمعت بــه

في طلعة الشمس مايغنيك من زحل ❊

فهذه صفة تعليمه واكثره انمـا هو رمز واشارة لا ينتفع بها الا من وقف عليها ببصير نفسه اولا ثم سمعها منه ثانيا او من كان معدا لفهمهـا فايق الفطرة فهو يكتفي بايسر اشارة وقد ذكر في كتاب الجواهر ان له كتبا مضنونا بها علي غير اهلها وانه ضمنها صريح الحق ولم يصل الي الاندلس في علمنا منها شي بل وصلت كتب يزعم بعض الناس انها هي تلك المضنون بها وليس الامر كذلك وتلك الكتب هي كتاب المعارف العقلية وكتاب النفخ

النفخ والتسوية ومسايل مجموعة سواها وهذه الكتب وان كانت
فيها اشارات فانها لا تتضمن عظيم زيادة في الكشف علي ما
هو مبثوث في كتبه المشهورة وقد يوجد في كتاب المقصد
الاسني ما هو اغمض مما في تلك وقد صرح هو بان كتاب المقصد
الاسني ليس مضنونا به فيلزم من ذلك ان هذه الكتب الواصلة
ليست هي المضنون بها وقد توهم بعض المتاخرين من كلامه
الواقع في اخر كتاب المشكاة امرا عظيما واوقعه في مهواة لا
مخلص له منها وهي قوله بعد ذكر اصناف المحجوبين بالانوار
ثم انتقاله الي ذكر الواصلين انهم وقفوا علي ان هذا الموجود
العظيم متصف بصفة تنافي الوحدانية المحضة فاراد ان يلزمه
من ذلك انه يعتقد ان الحق سبحانه في ذاته كثرة ما تعالي
الله عما يقول الظالمون علوا كبيرا ولا شك عندنا في ان الشيخ
ابا حامد ممن سعد السعادة القصوي ووصل تلك المواصل الشريفة
المقدسة لكن كتبه المضنون بها المشتملة علي علم المكاشفة لم تصل
الينا ولم يتخلص لنا نحن الحق الذي انتهينا اليه وكان مبلغنا
من العلم الا نتتبع *كلامه وكلام الشيخ ابي علي وصرف بعضهما *f. يتتبع
الي بعض واضافة ذلك الي الارا التي نبغت في زماننا هذا ولهج
بها قوم من منتحلي الفلسفة حتي استقام لنا الحق اولا بطريق
البحث والنظر ثم وجدنا منه الان هذا الذوق اليسير بالمشاهدة

وحينئذ

WalTaswiati, [*Inflationis & Æquationis*] & præter eos diversarum Quæstionum collectio. Hi verò libri, utut fuerint in eis Indicia aliqua, nihil magni amplius continent ad rerum patefactionem, ultra illud quod passim sparsum est in libris ipsius notis: Porrò occurrit in libro AlMeksad, AlAsna, [i. e. *Scopi celsissimi*] quod profundius est illis quæ in aliis istis continentur: atqui ipse disertè asserit librum AlMeksad Al-Asna, non esse incommunicabilem, undè necessariò colligitur hos libros qui ad nos pervenerunt, non esse incommunicabiles istos. Persuaserunt autem sibi quidam ex recentioribus, esse in sermone ipsius qui incidit propè finem libri ipsius Al-Meshcat [i. e. *Fenestella*] aliquid magni, quod ipsos in profundum incidere fecit, undè se expedire nequeant, estque illud dictum ipsius, postquam enumerâsset diversa genera obseptorũ luminibus, [seu *qui lucis divinæ fulgore ab accessu prohibentur*] deindè transiisset ad commemorationẽ eorũ, qui prope ad Deum accesserunt, [quo dicit] statuisse ipsos hoc EnsMagnum descriptũ esse attributis, quæ unitatem simplicem evertant; unde visum est ipsis necessariò sequi, credidisse ipsum esse in Dei veri essentiâ multiplicitatem quandam. Longè est Deus supra illud quod dicunt iniqui; neque apud nos dubium est Doctorem Abu Hamed esse ex eorum numero, qui summam beatitudinem consecuti sunt; & pervenisse ad loca ista conjunctionis * nobilia & sancta: verum libri ipsius [reconditi seu] incommunicabiles, qui scientiam revelationis continẽt, ad nos non pervenerunt; neq; clarè patefacta est nobis veritas, quam assecuti sumus, quæque meta fuit ad quam per scientiam pertigimus, nisi sectando ipsius dicta & dicta Doctoris Abu Ali, eaque inter se conferendo atque adjungendo sententiis quæ ortæ sunt tempore hoc nostro, quibus addicti sunt quidam ex iis qui Philosophiam professi sunt, donec constiterit nobis veritas, primùm per viam disquisitionis & inspectionis; deindè repererimus de eâ impræsentiarum Gustum hunc exiguum

* *Sc. cum* Deo.

ex sensu rerum presenti; ac tunc vidimus nos idoneos ad aliquid dicendum, quod nobis acceptum feratur. Statutum autē est nobis, ut Tu esses primus cui donaremus id quod apud nos est, & inspiciendum præberemus quod assecuti sumus, ob amicitiæ Tuæ integritatem, & sinceritatem candoris Tui, nisi quod si Tibi propósuerimus fines ejus quod in hoc genere assecuti sumus, antequam confirmata Tibi dederimus principia ejus, non profuturum sit illud Tibi quippiam, ampliùs quam res traditione accepta & generaliter dicta. Hoc, si benè de nobis opinatus fueris pro amore & consuetudine [quæ inter nos est] non ideò quod nos digni simus, ut recipiatur quod dicimus. Neque optamus nos Tibi, nisi quod superius sit hoc gradu, neque eo contenti sumus, ut Tu in hoc gradu sis; cum non sufficiat iste ad salutem, nedum ad consequendos gradus supremos: volumus autem Te deducere per semitas, quibus nos antea incessimus, & natare Te faciemus in mari, quod ipsi prius trajecimus; ut eò Te perducat quò nos perducti sumus; & videas de eo quod nos vidimus, & proprio intuitu certam habeas notitiam eorum quæ nos certò novimus, & non opus Tibi sit ut affigas cognitionem Tuam ei quod nos notum habemus. Hoc autem opus habet certo temporis spatio, eóque non exiguo; & ut quis à negotiis vacuus sit, atque ad hoc genus totâ animi intentione se applicet. Quod si revera hoc Tibi propositum fuerit, atque sincero animi affectu Te accingas ad hunc scopum attingendum, laudabis ad auroram itineris Tui nocturni [tædia] & accipies benedictionem laboris Tui, & acceptum habebis Dominum Tuum, & Ille te acceptum habebit; eróque ego Tibi qualem speres, & desiderio tuo totóque animo cupias: ac spero me Te deducturum viâ rectissimâ, atque à malis & noxis maximè tutâ, quamvis impræsentiarum obtulerit se mihi coruscatio quædam exigua, quâ Te desiderio

وحينين راينا انفسنا أهلا لوضع كلام يوثر عنا وتعين علينا
ان نكون اول من اتحفناه بما عندنا واطلعناه علي ما لدينا
لصحيح ولايك وزكا صفايك غيرانا ان القينا اليك بغايات
ما انتهينا اليه من ذلك من قبل ان نحكم مباديها معك لم يغن
ذلك شيا اكثر من امر تقليدي مجمل هذا ان انت حسنت ظنك
بنا بحسب المودة والموالفة لا بمعني انا نستحق ان يقبل قولنا
ونحن لا نرضي لك الا ما هو اعلي من هذه الرتبة ولا نقنع لك
بهذه الرتبة اذ هي غير كفيلة بالنجاة فضلا عن الفوز باعلي
الدرجات وانما نريد ان نحملك علي المسالك التي تقدم عليها
سلوكنا ونسبح بك في البحر الذي قد عبرناه اولا حتي يفضي بك
الي ما افضينا نحن اليه فتشاهد من ذلك ما شاهدناه وتتحقق
ببصيرة نفسك كلما تحققناه وتستغني عن ربط معرفتك بما
عرفناه وهذا يحتاج الي مقدار معلوم من الزمان غير يسير وفراغ
من الشواغل واقبال بالهمة كلها علي هذا الفن فان صدق منك
هذا العزم وصحت نيتك للتشمير في هذا المطلب فتستحمد عند
الصباح مسراك وتنال بركة مسعاك وتكون قد ارضيت ربك
وارضاك وانا لك حيث تريده من املك وتطمح اليه بهمتك
وكليتك وارجوا ان اصل من السلوك بك علي اقصد الطريق
وامنها من الغوايل والافات وان عرضت الان الي لمحة يسيرة علي

التشويق و الحث علي دخول الطريق فانا واصف لك قصة حي
بن يقظان *وابسال وسلامان الذين سماهم الشيخ ابو علي *al. اسال
ففي قصصهم عبرة لاولي الالباب وذكري لمن كان له قلب او
القي السمع وهو شهيد ٠٠




ذكر سلفنا الصالح رضي الله عنهم ان جزيرة من جزاير
الهند التي تحت خط الاستوا وهي الجزيرة التي يتولد بها الانسان
من غير ام ولا اب وبها شجر يثمر نسا وهي التي ذكر المسعودي
انها جواري الوقواق لان تلك الجزيرة اعدل بقاع الارض هوا
واتمها لشروق النور الاعلي عليه استعدادا وان كان ذلك
علي خلاف ما يراه جمهور الفلاسفة وكبار الاطبا فانهم يرون.
ان اعدل ما في المعمورة الاقليم الرابع فان كانوا قالوا ذلك لانه صح
عندهم انه ليس علي خط الاستوا عمارة لسبب مانع من الموانع
الارضية فلقولهم ان الاقليم الرابع اعدل بقاع الارض وجها
al. ان ما وان كانوا انما ارادوا بذلك انما علي خط الاستوا شديد
الحرارة كالذي يصرح به اكثرهم فهو خطا يقوم البرهان
علي خلافه وذلك انه قد تبرهن في العلوم الطبيعية انه

لا سبب

desiderio accendam, & ad ingrediendum viam incitem, dum Tibi describam Historiam Hai Ebn Yokdhan, & * Absali & Salamani, quibus nomina imposuit Alsheich Abu Ali, in quorum historia exemplum est intelligentibus, & monitio ei cui cor fuerit, vel qui aurem adverterit; atque ipse testis sit.

* alibi Asali.



Retulerunt pii Majores nostri inter Insulas Indiæ unam esse sub linea Æquinoctiali sitam, in quâ absque matre aut patre nascuntur homines, & in eâ arborem esse quæ fructûs loco fæminas producit, atque eæ sunt quas vocat Almasudi puellas Wakwakienses. Est enim ea Insula ex omnibus terræ plagis aeris maximè temperati & perfectissimi, ita ipsam disponente luminis supremi quod super ipsam oritur [influxu]: quanquam ita asserere contrarium sit ei quod persuasum est plerisque Philosophorum ac Medicorum præcipuis; quorum sententia est maximè temperatam terræ partem esse quartum Clima. Quod si hoc ideo asserant, quod ipsis certò constet partes juxta Æquinoctialem sitas esse inhabitabiles ob aliquod quod à terrâ est impedimentum; dicto ipsorum quod quartum Clima ex terræ plagis maximè temperatum sit, faveret ratio aliqua: Quod si hoc velint partes juxta lineam Æquinoctialem sitas intensè calidas esse (quod plerique ipsorum manifestò asserunt) falsum est & cujus contrarium certa demonstratione probatur. Demonstratum enim est

in naturali Philosophia nullam esse generandi caloris causam præter motum, aut calidorum corporum contactum & lumen, atque in illâ etiam probatum est solem in se non esse calidum, nec hujusmodi qualitate ullâ præditum, quæ ad mixturam pertinet: insuper in ea probatum est, corpora illa quæ perfectissimo modo lumen recipiunt, esse corpora lævia non tenuia; proximo autem loco ad illud recipiendum idonea esse corpora densa, quæ non sunt lævia; verum corpora tenuia in quibus nulla est densitas, nullum omnino lumen recipere. Hoc unum præcipuè demonstrationis loco protulit Sheich Abu Ali à nullo antea memoratum. Hoc posito, cumque veræ fuerint hæ præmissæ, quod necessariò sequitur hoc est; Solem non calefacere terram eodem modo, quo corpora calida alia quæ contingunt, corpora calefaciunt; quoniam Sol non est in se calidus. Neque motu calefit terra, cum quiescat, atque uno statu maneat, & cum ipsi affulget, & cum ab ipsa abest Sol; at proprietates ejus quod ad calorem & frigiditatem contrarias esse, duobus istis temporibus sensu patet. Sed neque primò aerem calefacit Sol, & deindè terram mediante aeris calore; Quomodo enim hoc fieret, cum tempore caloris longè calidiorem reperimus aërem qui terræ proximus est, eo qui superior est longiúsque ab eâ distat? Restat ergò Solem non alio modo terram calefacere, quam vi sui luminis: calor enim semper lumen consequitur; adeo ut ubi in speculis ustoriis intenditur, accendat quicquid ipsi objacet. Probatum autem est certis demonstrationibus in Scientiis Mathematicis, Solem esse figuræ Sphæricæ, ut etiam terram: Solem autem terrâ esse longè majorem: & eam terræ partem, quæ semper à Sole illuminatur, esse ultra dimidiam ipsius partem; istius autem dimidii

لا سبب لتكون الحرارة الا الحركة او ملاقاة الاجسام الحارة والاضاءة
وتبين فيها ايضا ان الشمس بذاتها غير حارة ولا متكيفة بشي من
هذه الامور المزاجية وقد تبين فيها ايضا ان الاجسام التي تقبل الاضاءة
اتم القبول هي الاجسام الصقيلة غير الشفافة ويليها في قبول ذلك
الاجسام الكثيفة غير الصقيلة فاما الاجسام الشفافة التي لا شي فيها
من الكثافة فلا تقبل الضو بوجه وهذا وحده مما برهنه الشيخ ابو
على خاصة ولم يذكره من تقدمه فاذا تم وصحت هذه المقدمات
فاللازم عنها ان الشمس لا تسخن الارض كما تسخن الاجسام الحارة
اجساما اخر تماسها لان الشمس في ذاتها غير حارة ولا الارض ايضا
تسخن بالحركة لانها ساكنة وعلى حال واحدة في وقت شروق
الشمس علية وفي وقت مغيبها عنها واحوالها في التسخين والتبريد
ظاهرة الاختلاف للحس في هذين الوقتين ولا الشمس ايضا تسخن
الهوا اولا ثم تسخن بعد ذلك الارض بتوسط سخونة الهوا وكيف
يكون ذلك ونحن نجد ما قرب من الهوا من الارض في وقت الحر
اسخن كثيرا من الهوا الذي يبعد منه علوا فبقي ان تسخين الشمس
للارض انما هو على سبيل الاضاءة لا غير فان الحرارة تتبع الضو ابدا
حتي ان الضو اذا افرط في المرايا المحرقة اشعل ما حاذاها وقد ثبت
في علوم التعاليم بالبراهين القطعية ان الشمس كرية الشكل وان
الارض كذلك وان الشمس اعظم من الارض كثيرا وان الذي

يستضي من الارض بالشمس ابدا هو اعظم من نصفها وان هذا
النصف المضي من الارض في كل وقت اشد ما يكون الضو في وسطه
لانه ابعد المواضع من الظلمة عند محيط الدايرة ولانه يقابل من
الشمس اجزا كثيرة وما قرب من المحيط كان اقل ضيا حتي ينتهي
الي الظلمة عند محيط الدايرة التي هي ما اضا من الارض وانما
يكون الموضع وسط دايرة الضيا اذا كانت الشمس علي سمت روس
الساكنين فيه وحينيذ يكون الحر في ذلك الموضع اشد ما يكون
فان كان الموضع مما تبعد الشمس عن مسامتة روس اهله كان
شديد البرودة جدا وان كان مما تدوم عليه المسامتة كان شديد
الحرارة وقد تبرهن في علم الهيأة ان بقاع الارض التي علي خط الاستوا
لاتسامت الشمس روس اهلها سوي مرتين في العام عند حلولها
براس الحمل وعند حلولها براس الميزان وهي في ساير العام ستة اشهر
جنوبا منهم وستة اشهر شمالا منهم فليس عندهم حر مفرط ولابرد
مفرط واحوالهم بسبب ذلك متشابهة وهذا القول يحتاج الي بيان
اكثر من هذا لا يليق بما نحن بسبيله وانما نبهناك عليه لانه من
الامور التي تشهد بصحة ما ذكر من تجويز تولد الانسان بتلك البقعة
من غير ام ولا اب فمنهم من بت الحكم وجزم القضية بان حي بن
يقظان من جملة من تكون في تلك البقعة من غير ام ولااب ومنهم من
انكر ذلك وروي من امره خبرا نقصه عليك فقال انه كان بازا

dimidii terræ quod illuminatur in medio esse lumen intensissimum, quia maximè inter omnia loca distat à tenebris, quæ sunt in circumferentiâ circuli, & quia multis Solis partibus objacet; partes verò illas, quæ propiùs absunt à circumferentiâ, minus luminis habere: donec in extremo termino illius circuli qui illuminatam terræ partem continet, exeat in tenebras. Locus autem aliquis medium est circuli luminis, cum Sol à vertice sit incolarum capitibus, & tunc temporis erit calor isto loco, quam maximè fieri potest, intensus. Quod si sit regio aliqua ex illis, in quibus Sol longè distat ab eo ut incolarum capitibus immineat, est ea imprimis frigida: sin autem ex iis fuerit in quibus continuò vertici imminet, erit intensè calida: In Astronomia autem demonstratum est, illis terræ plagis, quæ sub Æquinoctiali sunt, Solem bis tantum quotannis incolarum capitibus verticalem esse, cum principium Arietis, & cum principium Libræ ingreditur: sed per reliquam anni partem, sex menses versus meridiem ab illis declinare, sex etiam versus septentrionem: ita ut ipsi nec excessum caloris sentiant, nec frigoris; sed eam ob causam æquâ fruantur temperie. His ulteriori explicatu opus est, at qui ad institutum nostrum non pertinet. Hoc solummodo Tibi suggessimus, quia ex iis est quæ testimonium præbent veritati ejus quod memoratum est, sc. posse eo in loco hominem absque matre aut patre nasci. Sunt enim ex iis qui præcisè asserunt, & absolutè concludunt Hai Ebn Yokdhan ex eorum numero fuisse, qui in istâ regione sine matre aut patre nati fuerunt: alii negant, & ipsius Historiam narrant eo modo quem Tibi jam memorabimus. Ferunt è regione istius insulæ esse magnam aliam insulam ampli tractûs, commodis affluentem, hominibus cultam, cui tunc temporis præfuit

vir

vir superbi valdè ac suspiciosi ingenii: erat ipsi soror puchra admodum, formâque præstante, quam arctè habitam a matrimonio cohibebat, quia neminem repererat ipsi parem. Fuit autem ipsi propinquus nomine Yokdhan, qui ipsam clanculum duxit, secundum ritus qui istius sectæ hominibus in usu erant istis temporibus notos, ex quo gravida facta peperit filium. Ipsa autem metuens ne retegeretur negotium, & quod adhuc celaverat tandem innotesceret, infantem, postquam ipsi mammas præbuisset, arculæ indidit, quam, cum firmitèr constrinxisset, & ad littus (comitantibus famulis quibusdam, & amicorum fidissimis) sub initio noctis, corde amore & metu erga eum flagrante detulisset, sic fata ipsi valedixit, O Deus, Tu infantem hunc; cum adhuc nihil planè esset, creasti, ipsúmque in viscerum meorum tenebris fovisti, & donec integer & perfectus evaderet curasti; ego à rege isto injusto, superbo, contumaci, metuens eundem bonitati tuæ committo, sperans Te beneficum illi futurum: sis ei auxilio, nec deseras ipsum, qui omnes misericordiâ superas. Hæc cum dixisset, arculam mari commisit; quam excipiens fluxus aquæ vi æstûs agitatæ, eadem nocte detulit eam ad littus insulæ alterius de quâ supra mentionem fecimus. Aquæ autem fluxus eo tempore quam longissimè fieri potuit in terram pervenit, quo semel tantum quotannis penetrabat: aqua ergo vi suâ arcam in lucum arboribus consertis densum projecit, amœni soli locum, à ventis imbribúsque tectum, & adversus Solem munitum, qui in ortu & occasu ab eo deflexit. Ibi, decrescente ac recedente aquâ ab arcâ in quâ erat infans, ita ut ipsa eodem loco subsideret, eò ascenderunt arenæ flatu ventorum, ut deindè coacervatæ, aditum luci versus arcam obstruerent, atque introitum aquæ in ipsum impedirent, ne eò pertingeret fluxus.

تلك الجزيرة جزيرة عظيمة متسعة الاكناف كثيرة الفوايد عامرة
بالناس يملكها رجل منهم شديد الانفة والغيرة وكانت له اخت
ذات جمال وحسن باهر فعضلها ومنعها الازواج ان لم يجد لها كفوا
وكان له قريب يسمي يقظانا فتزوجها سرا علي وجه جايز في مذهبهم
المشهور في زمنهم ثم انها حملت منه ووضعت طفلا فلما خافت ان
يفتضح امرها وينكشف سرها وضعته في تابوت احكمت زمه بعد ان
روته من الرضاع وخرجت به في اول الليل في جملة من خدمها
وثقاتها الي ساحل البحر وقلبها يحترق صبابة وخوفا عليه ثم انها
ودعته وقالت اللهم انك قد خلقت هذا الطفل ولم يكن شيا مذكورا
ورزقته في ظلمات الحشا وتكفلت به حتي تم واستوي. وانا قد اسلمته
الى لطفك ورجوت له فضلك خوفا من هذا الملك الغشوم الجبار
العنيد فكن له ولا تسلمه يا ارحم الراحمين ثم قذفت به في اليم فصادف
ذلك جري الما بقوة المد فاحتملته من ليلته الي ساحل الجزيرة
الاخري المتقدم ذكرها وكان المد ينتهي الي اقصاه في البر لا
يصل الي ذلك المكان الا بعد سنة فادخله الما بقوته الي اجمة ملتفة
الشجر عذبة التربة مستورة عن الرياح والمطر محجوبة عن الشمس
تزور عنها اذا طلعت وتميل اذا غربت ثم اخذ الما في النقص والجزر
عن التابوت الذي فيه الطفل وبقي التابوت في ذلك الموضع وعلت
الرمال بهبوب الرياح وتراكمت بعد ذلك حتي سدت باب الاجمة
علي التابوت وردمت مدخل الما الي تلك الاجمة فكان المد لا ينتهي اليها
وكانت

وكانت مسامير التابوت قد قلقت والواحه قد اضطربت عند رمي الما اياه في تلك الاجمة فلما اشتد الجوع بذلك الطفل بكا واستغاث وعالج الحركة فوقع صوته في اذن ظبية فقدت ولدا لها خرج من كناسه فحملة العقاب فلما سمعت الصوت ظنته ولدها فتتبعت الصوت حتي وصلت الي التابوت ففحصت عنه باظلافها وهو ينوء من داخله حتي طار عن التابوت لوح من اعلاه فحنت الظبية ورامت به والقمته حلمتها واروته لبنا سايغا وما زالت تتعهده وتربيه وتدفع عنه الاذي فهذا ما كان من ابتدا امره عند من ينكر التولد ونحن نصف بعد هذا كيف تربي وكيف انتقل في احواله حتي بلغ المبلغ العظيم. واما الذين زعموا انه تولد من الارض فانهم قالوا ان بطنا من ارض تلك الجزيرة تخمرت فيه طينة علي مر السنين والاعوام حتي امتزج فيها الحار بالبارد والرطب باليابس امتزاج تكافوء وتعادل في القوي وكانت هذه الطينة المتخمرة كبيرة جدا وكان بعضها يفضل بعضا في اعتدال المزاج والتهيوء لتكون الامشاج وكان الوسط منها اعدل ما فيها واتمه مشابهة بمزاج الانسان فتمخضت تلك الطينة وحدث فيها شبه نفاخات الغليان لشدة لزوجتها وحدث في الوسط منها لزوجة بنفاخة صغيرة جدا منقسمة بقسمين بينهما حجاب رقيق ممتلية بجسم لطيف هوائي في غاية من الاعتدال اللايق به فتعلق به عند ذلك الروح الذي هو من امر الله تعالي وتشبث به تشبثا بعسر انفصاله عنه عند الحس.

Factum autem est, ut cum aqua arcam in lucum illum projiceret, clavi ipsius laxarentur, & solverentur tabulæ: Cúmque jam puer valdè esuriens fleret, opem implorans, séque commoveret, pervenit clamor ipsius ad capreæ aures quæ hinnulo orbata fuit; utpote qui è lustro suo egressus à vulture ablatus fuerat. Illa, auditâ voce, & hinnulum suum fuisse rata, vocem eò usque prosequitur donec ad arcam veniret, quam ungulis suis undique tentavit, puero interim intùs colluctante, adeo ut è superiore ejus parte, exiliret asser: illa autem [ubi puerum aspexit] ipsius miserta, & propenso erga eum affectu commota, ubera ei admovit, atque ipsum lacte suo suavitèr replevit; continuéque ad ipsum accedens, fovit ipsum & à malo protexit. Atque hoc est, quod de ipsius origine memorant, qui assentiri nolunt ipsum [absque parentibus] natū esse: nos autem posthæc narrabimus, quomodo creverit, & quomodo alios atq; alios progressus fecerit, donec ad magnam perfectionem pertigerit. At qui ipsum è terrâ satum autumant, dicunt quod in loco quodam depresso terræ istius insulæ, annorum temporúmq; processu, lutum quoddam eò usq; fermentesceret, donec in ipso convenirent calidum & frigidum, humidum & siccum, temperaturâ æquali & viribus pari: magnam autem valdè fuisse luti hujus massam, in quâ partes quædam æqualitate temperaturæ alias superabant, erántq; generationi mixti aptiores; medium autem ejus fuisse temperaturæ maximè perfectæ & æqualis, instar temperaturæ humanæ. Agitatâ autem materiâ, ortæ sunt quasi bullæ, quales inter bulliendum fieri solent, præ summâ ejus viscositate: acciditque in medio ejus viscosum quiddam cum exiguâ admodum bullâ, in duas partes tenui velo discretas, distinctâ, subtili & aëreo corpore plena, æquissimæ, quæ ei convenit, temperaturæ. Deindè ei se conjunxit spiritus jussu Dei excelsi infusus, & tam arctè ei adhærebat, ut vix posset aut

sensu aut intellectu separari; spiritu hoc, uti constat, perpetuò à Deo effluente, & lucem Solarem imitante, quæ continuè in mundum influit. At inter corpora, quædam sunt, à quibus non redditur lumen, cujusmodi est aër admodum tenuis; ab aliis lumen redditur, sed modò illuminationis imperfecto, qualia sunt corpora densa, quæ non sunt lævia; hæc autem, cum differant quoad receptionem luminis, discrepant etiam ob eandem rationem colores ipsorum: ab aliis autem iterum perfectissimo illuminationis modo lumen redditur, cujusmodi sunt corpora lævia, veluti specula & similia: adeo ut hæc specula, ubi cavata fuerint idoneâ quâdam figurâ, generetur ab illis ignis ob luminis excessum. Pari modo spiritus iste, qui est ex mandato Dei, semper creaturis omnibus infunditur: sunt tamen ex illis in quibus nullum ipsius apparet vestigiũ, ob debitæ dispositionis in iis defectum. Hujusmodi sunt inanimata, quibus non inest vita, in similitudine præcedente aërem referentia. Quædam iterum sunt, in quibus vestigiũ ejus [aliquod] apparet; veluti variæ plantarum species juxta earum dispositiones; & hæ respondent densis illis corporibus in eadem similitudine. Quædam denique, in quibus conspicua admodũ est ejus impressio: & hæ sunt varia animalium genera, quæ lævia & splendida illa corpora referunt in eâdem iterum similitudine. At inter lævia illa corpora, quædam copiosiùs à Sole lumen recipiunt, quia referunt figuram Solis & similitudinem ejus: ita etiam animalia quædam potiore modo spiritum illum recipiunt, quia spiritui illi similia sunt, & secundùm ipsius imaginem formantur. Talis speciatim est homo, qui quidem innuitur ubi dicitur; *Deus fecit hominem secundùm imaginem suam.* Quod si adeò in illo valeat forma hæc, ut præ eâ quasi in nihilum redigantur omnes aliæ formæ, eâque sola supersit, adeo ut gloria lucis ejus exurat quæcunque apprehendit; tunc speculis

illis

الحس وعند العقل ان قد تبين ان هذا الروح دايم الفيضان من
عند الله عز وجل وانه بمنزلة نور الشمس الذي هو دايم الفيضان علي
العالم فمن الاجسام ما لا يستضا به وهو الهوا الشفاف جدا ومنها ما
يستضا به بعض استضاءة وهي الاجسام الكثيفة غير الصقيلة وهذه
تختلف في قبول الضيا فتختلف بحسب ذلك الوانها ومنها ما
يستضا به غاية الاستضاءة وهي الاجسام الصقيلة كالمرايا ونحوها فاذا
كانت هذه المرايا مقعرة علي شكل مخصوص حدث فيها النار
لافراط الضيا. وكذلك الروح الذي هو من امر الله تعالي فياض
ابدا علي جميع الموجودات فمنها ما لا يظهر اثره فيه لعدم الاستعداد
وهي الجمادات التي لا حياة لها وهذا بمنزلة الهوا في المثال المتقدم
ومنها ما يظهر اثره فيه وهي انواع النبات بحسب استعداداتها وهذا
بمنزلة الاجسام الكثيفة في المثال المتقدم ومنها ما يظهر اثره فيه ظهورا
كثيرا وهي انواع الحيوان وهذا بمنزلة الاجسام الصقيلة في المثال
المتقدم ومن هذه الاجسام الصقيلة ما يزيد علي شدة قبوله لضيا
الشمس انه يحكي صورة الشمس ومثالها وكذلك ايضا من الحيوان
ما يزيد علي شدة قبوله للروح انه يحكي الروح ويتصور بصورته وهو
الانسان خاصة واليه الاشارة بقوله صلي الله عليه وسلم ان الله خلق
ادم علي صورته فان قويت فيه هذه الصورة حتي تتلاشي جميع الصور
في حقها وتبقي هي وحدها وتحرق سبحات نورها كل ما ادركه

كانت حينين بمنزلة المرايا المنعكسة على نفسها المحرقة لسواها
وهذا لا يكون الا للانبيا صلوات الله عليهم اجمعين وهذا كله
مبين في مواضعه اللايقة به فلنرجع الي تمام ما حكوه من
وصف ذلك التخلق قالوا فلما تعلق هذا الروح بتلك القرارة
خضعت له جميع القوي وسجدت له وتسخرت بامر الله تعالي في
كمالها فتكون بازا تلك القرارة نفاخة اخري منقسمة الي ثلث
قرارات بينها حجب لطيفة ومسالك نافذة وامتلات بمثل ذلك
الجسم الهوائي الذي امتلات منه القرارة الاولي الا انه الطف منه
وسكن في هذه البطون الثلثة المنقسمة من واحد طايفة من تلك
القوي التي خضعت له وتوكلت بحراستها والقيام عليها وانهاء ما
يطري فيها من دقيق الاشيا وجليلها الي الروح الاول المتعلق
بالقرارة الاولي وتكون ايضا بازا هذه القرارة من الجهة المقابلة
للقرارة الثانية نفاخة ثالثة مملوة جسما هوائيا الا انه اغلظ من الاولين
وسكن في هذه القرارة فريق من تلك القوي الخاضعة وتوكلت
بحفظها والقيام عليها وكانت هذه القرارة الاولي والثانية والثالثة اول
ما تخلق من تلك الطينة المتخمرة الكبري علي الترتيب الذي
ذكرناه واحتاج بعضها الي بعض فالاولي منها حاجتها الي
الاخرتين حاجة استخدام وتسخير والاخريان حاجتهما الي الاول
حاجة المرووس الي الرييس والمدبر الي المدبر وكلاهما لما يتخلق

بعدهما

illis assimilatur, quæ in se lumen reflectunt, & cætera comburunt. Hoc autem non accidit nisi Prophetis. Atque hæc omnia loco opportuno conspicua fiant. Sed ut redeamus jam, & de eo pleniùs loquamur, quod afferunt, qui hunc generandi modum describunt; Dicunt illi ubi receptaculo illi se conjunxerat spiritus iste, cæteras omnes facultates ei se submisisse atque obsequium præbuisse, ipsi ex mandato Dei universim subjectas. At è regione istius receptaculi surrexit alia bulla in tria receptacula divisa, inter quæ tenues erant partitiones & pervii meatus; repletáque sunt corpore aëreo ab eo non dissimili, quo repletum fuit primum receptaculum; nisi quod tenuius erat illud: & in tribus hisce ventriculis ex uno divisis, sitæ erant aliquæ earum facultatum, quæ illi subditæ erant; iisque commissa est illarum custodia & tutela; utque deferrent quicquid ibi oriretur sive magni sive parvi, ad spiritum primum in primo receptaculo situm. Etiam è regione hujus receptaculi, à parte oppositâ receptaculo secundo, orta est tertia bulla, aëreo etiam corpore repleta; sed quod duobus prioribus crassius erat: & in hoc receptaculo sitæ erant quædam aliæ ex facultatibus inferioribus, quibus conservandis & sustinendis destinatum erat. Fuerúntque tria hæc receptacula, (*viz.* primum, secundum, & tertium) primum quod creatum fuit ex magnâ illâ luti fermentati massâ, eo, quo descripsimus, ordine. Mutuo autem indigebant auxilio; & primo quidem duobus reliquis opus erat ob ipsorum obsequium & famulatum: duobus aliis illo opus erat, veluti subditis principe opus est, iisque qui sub imperio sunt imperante: utrumque tamen horum, respectu membrorum, quæ postea formata

sunt

sunt [tanquam] princeps erat, non subditus: unum autem eorum, sc. secundum magis absoluti imperii erat quam tertium. Primum autem vi spiritûs illius, qui ipsi conjunctus erat, ipsiúsque flagrantis ardoris in Conicam ignis figuram evasit; atque adeo densum illud corpus, quod ipsum ambiebat, ejusdem figuræ erat, & factum est solida caro crasso operimento induta ad ipsius conservationem. Totum hoc membrum cor dictum est. Jam verò respectu dissolutionis ac dispendii humoris, quod calorem consequitur, necessarium erat aliquod quod ipsi sustentando & alendo [inserviret] & perpetuo restauraret quicquid de eo absumeretur; secus enim fieri non poterat, ut perduraret. Necesse etiam erat, ut tangeretur sensu illius quod sibi conveniens esset, idq; ad se attraheret; nec non sensu ejus quod ipsi contrarium esset, illúdque à se repelleret. Ad unum horum, quibus opus habuit, supplendum, substitutum est membrum unum cum facultatibus inde oriundis: alterum illi suplevit membrum aliud cum suis. [Membrum] Illud quod rebus ad sensum pertinentibus præsidebat, cerebrum erat; quod de alimento statueret, jecur. Utrumque horum [primo] illo opus habuit, ut ipsis calore suo suppetias ferret, & facultatibus quæ ipsis peculiares erant ab ipso oriundis. Horum omnium gratiâ intertexti sunt inter ea varii meatus & transitus, quorum alii aliis latiores erant, prout rei necessitas postulabat. Atque ita exriterunt arteriæ & venæ. Posthæc totam corporis structuram, atque omnia membra eodem modo describere pergunt, quo solent Physiologi Embryonis in utero formationem depingere, nihil omittentes, donec perfecta esset tota compages, & absolverentur omnia ipsius membra, atque Embryonem referret jamjam ex utero proditurum. Atque ad hæc plenè describenda, in subsidium vocant magnam illam fermentatam luti massam; eam sc. ita comparatam fuisse, ut

بعدهما من الاعضا رييسان لا مرووسان واحدهما وهو الثاني اتم رياسة من الثالث فالاول منهما لما تعلق به من الروح واشتعلت حرارته تشكل بشكل النار الصنوبري وتشكل ايضا الجسم الغليظ المحدق به علي شكله وتكون لحما صلبا وصار عليه غلاف صفاقي يحفظه وسمي العضو كله قلبا واحتاج لما يتبع الحرارة من التحليل وافنا الرطوبات الي شي يمده ويغذوه ويخلف ما تحلل منه علي الدوام والا لم يحصل بقاوه واحتاج ايضا الي ان يحس بما يلايمه فيجتذبه وبما يخالفه فيدفعه فتكفل له العضو الواحد بما فيه من القوي التي اصلها منه بحاجته الواحدة وتكفل له العضو الاخر بما فيه الاخري وكان المتكفل بالحس هو الدماغ والمتكفل بالغذا هو الكبد واحتاج كل واحد من هذين اليه في ان يمدهما بحرارته وبالقوي المخصوصة بهما التي اصلها منه فانتسجت بينهما لذلك كله مسالك وطرق بعضها اوسع من بعض بحسب ما تدعوا اليه الضرورة فكانت الشراين والعروق ثم ما زالوا يصفون الخلقة كلها والاعضا بجملتها علي حسب ما وصفه الطبيعيون في خلقة الجنين في الرحم لم يغادروا من ذلك شيا الي ان كمل خلقه وتمت اعضاوه وحصل في حد الجنين عند خروجه من البطن واستعانوا في وصف كمال ذلك بتلك الطينة الكبيرة المتخمرة

وانها كانت قد تهيات لان يتخلق منها كل ما يحتاج اليه في خلق الانسان من الاغشية المجللة لجملة بدنه وسوي ذلك فلما كمل انشقت عنه تلك الاغشية بشبه المخاض وتصدع باقي الطينة اذ كان قد لحقه الجفاف ثم استغاث ذلك الطفل عند فنا مادة غذايه واشتداد جوعه فلبته ظبية اضلت طلاها ثم استوي ما وصفه هاولا بعد هذا الموضع وما وصفته الطايفة الاولي في معني التربية فقالوا جميعا ان الظبية التي تكفلت به وافقت خصبا ومرعا اثيثا وكثر لحمها ودر لبنها حتي قام بغذا ذلك الطفل احسن قيام وكانت معه لا تبعد عنه الا لضرورة الرعي والف الطفل تلك الظبية حتي كان بحيث اذا هي ابطات عنه اشتد بكاوه فطارت اليه ولم يكن بتلك الجزيرة شي من السباع العادية فتربي الطفل ونمي واغتذي بلبن تلك الظبية الي ان تم له حولان وتدرج في المشي واثغر فكان يتبع تلك الظبية وكانت هي ترفق به وترحمه وتحمله الي مواضع فيها شجر مثمر فكانت تطعمه ما تساقط من ثمراتها الحلوة النضيجة وما كان منها صلب القشر كسرته له بطواحنها ومتي عاد الي اللبن روته ومتي ظما الي الما اوردته ومتي ضحي *ضللته ومتي خصر ادفاته فاذا جن الليل صرفته الي مكانه الاول وجللته بنفسها

* ظللته

وبريش

ex eâ formaretur, quicquid ad hominis procreationem requiritur, ex integumentis quæ corpus ambiunt, atque aliis ejusmodi; & cum perfectus esset scissa ab eo decidisse illa integumenta, velut in dolore partus; & residuum luti aridum factum se dirupisse. Tandem verò infantem hunc, deficiente materiâ alimenti, & urgente fame, opem imploràsse, capreámque quæ fœtum suum amiserat, ipsi auscultàsse. Deinde quæ narrant isti post hunc locum, & quæ narrant qui priorem sententiam amplectuntur, de modo educationis ipsius, consona sunt. Dicunt enim utrique capream hanc, quæ ipsum susceperat, pascuum uber & copiosum adeptam pinguem evasisse, & fuisse ipsi eam lactis copiam, quâ infantem modo optimo enutriret. Semper etiam ipsi adfuit, neç ab eo discessit, nisi cum necessariò pastum iret. Infans etiam capreæ consortio usus est, ita ut, siquando solito diutiùs abesset, valdè fleret, [quem ubi audiret caprea] statim ad eum accurreret. Neque erat rapax ulla aut infesta fera per totam illam insulam. Ita profecit crevitque infans capreæ lacte nutritus, donec biennis esset; quo tempore gradatim incedere cæpit, erátque ipsi os dentibus primoribus instructum: semper verò capream sequebatur, quæ ipsum blandè tractavit, teneróque affectu prosecuta est, & ad loca perduxit frugiferis arboribus consita, fructibúsque qui arboribus deciderant, dulcibus & maturis ipsum pavit, eos quibus duriores testæ erant, dentibus suis frangens: quumque lac repeteret, ubera præbuit, & quum aquam sitiret, ipsum ad eam perduxit; atque ubi ipsi molestiam facesserent solares radii obumbravit ipsum, ubi á frigore pateretur ipsum calefecit; & ubi ingrueret nox ad pristinum locum perduxit, & partim corpore suo, partim

plumis quæ ex iis supererant, quibus primum arca referta est, cum ei imponeretur infans, obtexit. Quoties autem vel mane exirent, vel vesperi redirent, comitatus est eos caprearum grex, quæ cum iis manè simul egrediebantur, & in eodem loco noctu cubabant. Ita inter capreas perpetuò remanens puer, ipsarum etiam vocem suâ imitabatur, ut vix daretur discrimen aliquod. Pari etiam modo, quamcunque vocem audiverat, sive avium, sive aliorum animalium accuratè referebat, vi, qua pollebat, apprehendendi quicquid voluit. Voces autem quas maximè referebat, erant illæ caprearum, quibus opem poscebant, aut accersebant comites, vel ubi vellent ut ad se propiùs accederent, aut longiùs abirent: nam ad varios hosce fines sunt etiam diversæ animalibus voces. Atque ita se invicem comitabantur puer & feræ, neque enim illæ ab ipso refugiebant, nec ipse ab illis. Cúmque jam ipsius animo infixæ manerent rerum imagines, postquam essent ab aspectu semotæ, ita affectus est, ut earum quasdam expeteret, & quasdam aversaretur. Interea, dum omnia ferarum genera perlustraret, singula vidit aut lanâ, aut pilis, aut variis plumarum generibus operta; perspexit etiam illorum pernicitatem, & vires, & quæ essent illis arma ad repellendum ea quæ cum ipsis contenderent, veluti cornua, dentes, ungulas, calcaria, & ungues, & his similia: ubi verò in se respexit, vidit se nudum, armis destitutum, incessu tardum, viribus debilem quando de fructibus comedendis cum ipso certarent, adeo ut eos sibi retinerent ipsique eriperent, nec ipsas à se arcere poterat aut ab aliquâ ipsarum fugere. Vidit insuper sociis suis hinnulis quibus priùs carebant, germinare tandem cornua, ipsósque, licet cursu imbelles essent, fieri tandem agiles. Nihil autem horum sibi evenire percepit:

Hoc

وبريش كان هناك مما ملي به التابوت اولا في وقت وضع الطفل
فيه وكان في غدوها ورواحها قد الفهما ربرب يسرح معهما ويبيت
حيث مبيتها فما زال الطفل مع الظبا على تلك الحال يحكي
نغمتها بصوته حتي لا يكاد يفرق بينهما وكذلك كان يحكي جميع
ما يسمعه من اصوات الطير وانواع سائر الحيوان محاكاة شديدة
لقوة انفعاله لما يريده واكثر ما كانت محاكاته لاصوات الظبا في
الاستصراخ والاستيلاف والاستدعا والاستدفاع اذ للحيوانات في هذه
الاحوال المختلفة اصوات مختلفات فالفته الوحوش والفها ولم تنكره
ولا انكرها فلما ثبت في نفسه امثلة الاشيا بعد مغيبها عن مشاهدته
حدث له نزوع الي بعضها وكراهية لبعض وكان في ذلك كله
ينظر الي جميع الحيوان فيراها كاسية بالاوبار والاشعار وانواع الريش
وكان يري ما لها من سرعة العدو وقوة البطش وما لها من الاسلحة
المعدة لمدافعة من ينازعها مثل القرون والانياب والحوافر والصياصي
والمخالب ثم يرجع الي نفسه فيري ما به من العري وعدم السلاح
وضعف العدو وقلة البطش عند ما كانت تنازعه الوحوش اكل
الثمرات وتستبد بها دونه وتغلبها عليه فلا يستطيع المدافعة
عن نفسه ولا الفرار عن شي منها وكان يري اترابه من
اولاد الظباء قد نبتت لها اقران بعد ان لم يكن وصارت
قوية بعد ضعفها في العدو ولم ير لنفسه شيا من ذلك كله

فكان

فكان يفكر في ذلك ولا يدري ما سببه وكان ينظر الي ذوي
العاهات والخلق الناقص فلا يجد لنفسه شبيها فيهم وكان ايضا
ينظر الي مخارج الفضول من ساير الحيوان فيراها مستورة اما
مخرج اغلظ الفضلتين فبالاذناب واما ارقهما فبالاوبار وما اشبهها
ولانها كانت اخفي قضبانا منه فكان ذلك كله يكربه ويسوءه فلما
طال همه في ذلك كله وهو قد قارب سبعة اعوام وييس من ان يكمل له
ما قد اضر به نقصه اتخذ من اوراق الشجر العريضة شيئا جعل بعضه
خلفه وبعضه قدامه وعمل من الخوص والحلفا شبه حزام علي وسطه
علق به تلك الاوراق فلم يلبث الا يسيرا حتي ذوي ذلك الورق وجف
وتساقط عنه فما زال يتخذ غيره ويخصف بعضه ببعض طاقات
مضاعفة وربما كان ذلك اطول لبقايه الا انه علي كل حال قصير
المدة واتخذ من اغصان الشجر عصيا سوي اطرافها وعدل متنها وكان
يهش بها علي الوحوش المنازعة له فيحمل علي الضعيف منها ويقاوم
القوي منها فنبل بذلك قدره عند نفسه بعض نبل وعلم ان ليده فضلا
كثيرا علي ايديها اذ يمكن له بها من ستر عورته واتخاذ العصي الذي
يدافع بها عن حوزته ما استغني به عما اراده من الذنب والسلاح
الطبيعي وفي خلال ذلك ترعرع واربي علي السبع سنة وطال به العنا
في تجديد الاوراق التي كان يستتر بها فكانت نفسه تنازعه الي
اتخاذ ذنب من اذناب الوحوش الميتة ليعلقه علي نفسه الا انه كان

يري

Hoc animo perpendens, ignoravit quid in causâ esset: Intuitus etiam animalia in quibus vitii aliquid aut membrorum defectus esset, neque inter illos sibi simile repperit: considerans etiam in bestiis excrementorum meatus, ipsos tectos vidit; caudâ quidem illum qui crassiori excremento inserviret, qui verò tenuiori, pilis aut re quâpiam ejusmodi; ipsis etiam pudenda magis quam sibi tecta esse: Hæc omnia dolorem ipsi & anxietatem exhibebant, quæ cum diu sollicitè secum reputâsset, & penè septennis jam factus de re illâ assequendâ desperaret, cujus defectus malè ipsum habuit, lata arborum folia sibi assumpsit; ex quibus alia à posteriori, alia ab anteriori corporis parte posuit; factóque de foliis palmarum & juncis cingulo quo se medium cinxit, ea sibi appendit. At non nisi parum quid moratus est, donec marcida & arida facta folia ista ab eo deciderent: haud ergo destitit alia sumere, quorum alia, duplicatis ordinibus, aliis superaddidit; quo pacto factum ut diutiùs permanerent, nisi quod utcunque ad breve tempus durarent. Assumpsit etiam sibi è ramis arboris baculum, cujus extremitates cum concinnasset, mediúmque adæquasset, cœpit feras quæ se ipsi opponerent, eo increpare, in debiliores impetum faciens & fortioribus resistens. Hoc modo suas apud se vires aliquatenùs intellexit, manúmque suam longe ipsarum manibus præcellere, quippè quæ nuditati suæ tegendæ sufficeret, & sumendo baculo quo se defenderet; ita ut jam neque caudâ ipsi opus esset, neque telis illis naturalibus quæ priùs optaverat. Inter hæc adolevit, & ultra septennium provectus est: Cúmque diu ipsi molesta fuisset foliorum quibus se tegebat frequens instauratio, in animum sibi induxit mortuæ alicujus feræ caudam sumere, quam sibi appenderet; nisi quod videret vivas sui generis mortuas vitare atque ab illis refugere, adeo ut haud expeditum illi esset tale

quicquam

quicquam aggredi, donec aliquando mortuam inveniret Aquilam, unde sibi visus est voti sui compos futurus: Occasionem ergo indè captans cum ferarum nullam ab eâ refugere cerneret, ad eam accedens, alas ipsi & caudam amputavit, sicut erant, integras, pennásque expansas æquavit: pellis deinde residuum detrahens, & in duas partes dividens, alteram tergo appendit, alteram umbilico iisque quæ infra ipsum sunt: caudam etiam sibi ponè applicuit, & alam utramque superiori parti brachiorum: hoc modo habuit quod ipsum tegeret paritèr & calefaceret; & quod terrorem ferarum omnium animis incuteret; ita ut ipsarum nulla cum ipso contenderet, eive se opponeret, nec appropinquaret ipsi ulla, exceptâ capreâ quæ ipsum lactaverat, & foverat. Illa enim ipsum nunquam reliquit, nec ipse illam deseruit, donec annosa & debilis facta esset: Tunc etiam ipsam ad fœcunda pascua deduxit, fructúsque dulces decerpsit atque ipsi edendos præbuit. At non desierunt macies & languor illi prævalere, & continuè instare donec apprehenderet ipsam mors, quiesceréntque penitùs motus ejus, omnésque ipsius actiones cessarent. Cum autem eam ita se habere videret puer, valdè perculsus est, ita ut ferè præ dolore animam efflaret: Ipsam ergò eâdem voce invocabat quâ auditâ solebat ipsi respondere, & quanto poterat clamore [ipsam ciebat,] nullum autem motum aut mutationem in eâ percepit: Cœpit itaque aures ipsius oculósque inspicere, in quibus nullam conspicuam noxam reperit; eodémque modo omnia corporis membra intuens, nihil in iis perperam vidit. Maximè autem avidus erat locum illum inveniendi in quo defectus erat, ut ipsum ab eâ amoveret, quo ad pristinum statum rediret: nihil autem hujusmodi ipsi in promptu fuit, neque illud præstare potuit. Quod ipsum ad hoc considerandum adegit, erat quod in seipso priùs animadverterat:

يري احيا الوحوش تتحامي ميتها وتفرعنه فلا يتاتي له الاقدام
علي ذلك الفعل الي ان صادف في بعض الايام نسرا ميتا فاهتدي
الي نيل امله منه واغتنم الفرصة فيه ان لم ير للوحوش عنه نفرة
فاقدم عليه وقطع جناحيه وذنبه صحاحا كما هي وفتح ريشها
وسواها وسلخ عنه ساير جلده وفصله علي قطعتين ربط احداهما علي
ظهره والاخري علي سرته وما تحتها وعلق الذنب من خلفه وعلق
الجناحين علي عضده فاكسبه ذلك سترا ودفيا ومهابة في نفوس
جميع الوحوش حتي كانت لا تنازعه ولا تعارضه فصار لا يدنوا اليه شي
منه سوي الظبية التي كانت ارضعته وربته فانها لم تفارقه ولا فارقها
الي ان اسنت وضعفت فكان يرتاد بها المراعي الخصيبة ويجتني
لها الثمرات الحلوة ويطعمها وما زال الهزال والضعف يستولي عليها
ويتوالي الي ان ادركها الموت فسكنت حركاتها بالجملة
وتعطلت جميع افعالها فلما راها الصبي علي تلك الحال جزع جزعا
شديدا وكادت نفسه تفيظ اسفا عليها فكان يناديها بالصوت
الذي كانت عادتها ان تجيبه عند سماعه ويصيح باشد ما
يقدر عليه فلا يري لها عند ذلك حركة ولا تغيرا فكان ينظر الي
اذنيها والي عينيها فلا يري بها افة ظاهرة وكذلك كان ينظر الي
جميع اعضايها فلا يري بشي منه افة فكان يطمع ان يعثر علي موضع
الافة ويزيلها عنها فترجع الي ما كانت عليه فلم يتاتي له شي من
ذلك ولا استطاعه وكان الذي اوقعه في هذا الراي ما كان

قد اعتبرة في نفسه قبل ذلك لانه كان يري انه اذا غمض عينيه
او حجبهما بشي لا يبصر شيا حتي يزول ذلك العايق وكذلك
كان يري انه اذا ادخل اصبعيه في اذنيه وسدهما لا يسمع شيا حتي
يزيلهما واذا امسك انفه بيده لا يشم شيا من الروايح حتي يفتح
انفه فاعتقد من اجل ذلك ان جميع ما له من الادراكات
والافعال قد تكون لها عوايق تعوقها فاذا ازيلت تلك العوايق
عادت الافعال فلما نظر الي جميع اعضايها الظاهرة ولم ير فيها افة
ظاهرة وكان يري مع ذلك العطلة قد شملتها ولم يختص بها
عضو دون عضو وقع في خاطره ان الافة التي نزلت بها انما
هي في عضو غايب عن العيان مستكن في باطن الجسد وان
ذلك العضو لا يستغني عنه في فعله شي من هذه الاعضا الظاهرة
فلما نزلت به الافة عمت المضرة وشملت العطلة وطمع بانه لو عثر
بذلك العضو وازال عنه ما نزل به لاستقامت احواله وفاض على
ساير البدن نفعه وعادت الافعال الي ما كانت عليه وكان قد
شاهد قبل ذلك في الاشباح الميتة من الوحوش وسواها ان جميع
اعضايها * مصمتة لا تجويف فيها الا القحف والصدر والبطن فوقع في
نفسه ان العضو الذي بتلك الصفة لن يعدوا احد هذه المواضع
الثلثة وكان يغلب علي ظنه غلبة قوية انه انما هو في الموضع
المتوسط من هذه الثلثة المواضع اذا كان قد استقر في نفسه ان
جميع

*مصمتة

madverterat: Vidit enim cum oculos clauderet aut re aliqua ipsos obvelaret, se nihil cernere posse donec amoveretur illud obstaculum: ita etiam cum digitos auribus immitteret & obturaret illas, se nihil audire, donec eos amoveret. Pari etiam modo cùm manu nasum comprimeret, nullum omnino odorem olfacere potuit, donec nares recluderet: undè colligebat omnes sensus suos & actiones obstaculis obnoxias esse, quæ ipsas impedirent, & amotis obstaculis illis redire illas actiones. Cum itaque omnia exteriora ipsius membra perlustrâsset; neque in illis conspicuum aliquod vitium reperiret, cerneret autem intereà universam totius cessationem quæ non magis uni membro quam alteri attribui poterat, tandem subiit animum ipsius noxam, quæ illi contigerat, esse in membro aliquo à visu semoto, atque in interiori corporis parte recondito. Tale autem esse membrum illud, ut sine ejus ope nullum membrorum exteriorum posset suo munere fungi; atque ita morbo aliquo in illud incidente, damnum esse universum, & cessationem toti communem. Cupivit itaque si fortè [fieri posset] ut membrum illud offenderet, & amoveret quod ipsi contigerat; ita in integrum redicturum statum ejus & indè bonum toti corpori redundaturum, & actiones in pristinum statum reversuras. Priùs autem advetterat in corporibus ferarum aliorúmque animalium mortuis, omnia membra solida esse absque ulla cavitate, præter cranium, pectus, & ventrem. Suspicatus est itaque membrum, quod ita se haberet, non alibi esse, quam in uno trium horum locorum, maximè autem apud eum invaluit opinio, esse ipsum in loco horum trium medio, cum jam animo ejus penitùs infixum esset

omnia alia membra illo indigere, atque indè necessariò consequi, ut in medio esset sedes ipsius. Insuper cum ad se respiceret, tale aliquod membrum in pectore suo sensit: & ubi alia membra perpenderet, veluti manus, pedes, aures, nasum, oculos, [* vel caput] supponere poterat hæc sibi adimi posse, ipsique visum est se posse absque illis subsistere: Quinetiam idem de capite supponebat, putabátque se absque capite esse posse: at ubi de re illâ cogitabat, quam in pectore suo reperiebat, non videbatur ipsi se posse absque eo subsistere vel ad nictum oculi: Pari modo ubi cum ferarum aliquâ certaret, summo studio pectus suum ab illarum armis defenderet, ex sensu quem habebat rei quæ in illo erat: Cum itaque certò statuisset membrum illud quod hæc noxa corripuisset, esse in ipsius pectore, destinavit illud inquirere & perscrutari, si fortè illud reperire poterat, & cum percepisset quid mali ipsi contigerat, illud amoveret. Tunc autem metuit, ne hoc ipsum suum conamen gravius esset noxâ quæ priùs illi contigerat, & quicquid ageret in ipsius damnum cederet: Deinde secum perpendit, num ferarum aliquam aut animalium aliorum, ubi semel ita affecta fuerant, vidisset ad pristinum statum rediisse: cum autem nullum reperisset, indè factum est, ut de ipsius reditu ad statum pristinum desperaret, si omitteret ipsam; spes autem ei aliqua supererat ipsam ad statum illum redire potuisse, si comperto illo membro, morbum ab eo amoveret: statuit ergo pectus ipsius recludere, & quid in eo esset, inquirere. [Huic operi] durorum lapidum fragmenta comparavit, & aridarum cannarum schidia cultris similia, quibus inter costas incisuram fecit; donec scissâ carne, quæ inter costas est ad operculum illud pertingeret, quod intra costas est; quod cum validum cerneret,

* *Redundare videtur.*

جميع الاعضا محتاجة اليه وان الواجب بحسب ذلك ان يكون
مسكنه في الوسط وكان ايضا اذا رجع الي ذاته شعر بمثل
هذا العضو في صدره ولانه كان يعترض ساير اعضايه كاليد
والرجل والاذن والانف والعين * والراس ويقدر مفارقتها فيتاتي له
انه كان يستغني عنها وكان يقدر في راسه مثل ذلك
ويظن انه يستغني عنه فاذا فاكر في الشي الذي يجده في
صدره لم يتاتي له الاستغنا عنه طرفة عين وكذلك كان
عند محاربته الوحوش اكثر ما يتقي من صياصيهم علي
صدره لشعوره بالشي الذي فيه فلما جزم الحكم بان العضو الذي
نزلت به الافة انما هو في صدرها اجمع علي البحث عليه والتنقير
عنه لعله يظفر به ويري افته فيزيلها ثم انه خاف ان يكون
نفس فعله هذا اعظم من الافة التي نزلت بها اولا فيكون سعيه عليها
ثم انه تفكر هل راي من الوحوش وسواها من صار في مثل تلك
الحال ثم عاد الي مثل حاله الاول فلم يجد شيا فحصل له من ذلك
الياس من رجوعها الي حالها الاول ان هو تركها وبقي له بعض
رجا في رجوعها الي تلك الحال ان هو وجد ذلك العضو وازال الافة
عنه فعزم علي شق صدرها وتفتيش ما فيه فاتخذ من كسور الاحجار
الصلدة وشقوق القصب اليابسة اشباه السكاكين وشق بها بين
اضلاعها حتي قطع اللحم الذي بين الاضلاع وافضي الي الحجاب
المستبطن

* *Redundare videtur.*

المستبطن للاضلاع فراه قويا فقوي ظنة بان مثل ذلك الحجاب لا يكون الا لمثل ذلك العضو وطمع بانه اذا تجاوزه الغي مطلوبه فحاول شقه فصعب عليه لعدم الالات ولانها لم تكن الا من الحجارة والقصب فاستجدها ثانيه واستحدها وتلطف في خرق الحجاب حتي انخرق له فافضي الي الرية فظن اولا انها مطلوبه فما زال يقلبها ويطلب موضع الافة بها وكان اولا انما وجد منها نصفها الذي هو في الجانب الواحد فلما راها مايلة الي جهة واحدة وكان قد اعتقد ان ذلك العضو لا يكون الا في الوسط في عرض البدن كما هو في الوسط في طوله فما زال يفتش في وسط الصدر حتي الغي القلب وهو مجلل بغشا في غاية القوة مربوط بعلايق في غاية الوثاقة والرية مطيفة به من الجهة التي بدا بالشق منها فقال في نفسه ان كان لهذا العضو من الجهة الاخري مثل ما له من هذه الجهة فهو في حقيقة الوسط ولا محالة انه مطلوبي لا سيما مع ما اري له من حسن الوضع وجمال الشكل وقلة التشتت وقوة اللحم وانه محجوب بمثل هذا الحجاب الذي لم ارمثله لشي من الاعضاء فبحث عن الجانب الاخر من الصدر فوجد فيه الحجاب المستبطن للاضلاع ووجد الرية كمثل ما وجد من هذه الجهة فحكم بان ذلك العضو هو مطلوبه فحاول هتك حجابه وشق شغافه فبكد واستكراه ما قدر علي ذلك بعد استفراغ مجهوده

ret, maximè suspicatus est tale operculum non nisi ad e-jusmodi membrum pertinere, & persuasum habuit, ubi illud pertransiisset, se repertum quod quærebat. Illud itaque discindere aggressus est; quod ipsi præ instrumentorum inopiâ difficile erat, & quod non alia ipsi suppeterent, nisi ex lapidibus cannisque confecta. Hæc itaque cum secundò instaurâsset, & acuisset, summam artem adhibuit in operculo illo perforando, donec tandem illud dirupisset, & ad pulmones pervenisset, quos primo aspectu arbitratus est esse membrum illud quod quærebat; eosque revolvere non destitit ut ibi morbi sedem reperiret. Primum verò in dimidium illud incidit quod ex uno latere erat, & sensit illud in unum latus propendere; secum verò ante statuerat, non posse illum membrum nisi in medio corporis esse respectu latitudinis, sicut erat respectu longitudinis; non omisit itaque ulteriùs in medium pectoris inquirere, donec cor invenisset; quod cum esset valido admodum operculo tectum, & firmissimis ligamentis fixum, pulmonibus etiam ipsum ambientibus ex ea parte, quâ aditum ad illud patefacere inceperat; apud se dixit, si ita ex altera parte huic membro sit, ac ex hac parte, reverà in medio est, atque ita proculdubio est illud quod quærebam; Præsertim cum eo quod videam de sitûs opportunitate, figuræ elegantiâ, firmitate & soliditate carnis, & quod tali operculo tectum sit, quale in nullo alio membro reperio: In aliam itaque pectoris partem inquisivit, ubi cum operculum intra costas reperisset, & pulmones eodem modo, quo in hac parte se habere, statuit secum illud esse membrum quod quærebat. Ipsius itaque operculum amovere aggressus est, &, pericardium discindere, quod tandem ubi ultimos conatus adhibuisset, molestiâ & difficultate

quâdam

quâdam effecit, ac denudato corde, cum illud vidisset ex omni parte solidum, dispexit utrum posset conspicuum aliquod vitium in eo reperire: cum autem nullum reperire poterat, manu illud compressit, atque ita illi apparuit esse in eo cavitatem quandam: dixit ergò, forsan intra hoc membrum est ultimum quod quæro, atque ego ad illud hactenus non perveni. Cum itaque illud aperuisset, duas cavitates in eo reperit, unam à dextra parte, alteram à sinistra; illam quæ à dextrâ esset, concreto sanguine plenam, sinistram verò vacuam, & nihil in se continentem. Dixit ergò, fieri non potest, quin sedes rei illius quam quæro sit in uno ex duobus hisce receptaculis: Deinde dixit, quod ad illud à dextrâ receptaculum, nihil in eo præter sanguinem istum concretum video; sanguis autem ille proculdubio non concrevit, donec ad illum st.tum pervenerat totum corpus, in quo nunc est: (viderat enim omnem sanguinem quando è corpore effluebat atque exibat, concrescere & congelari, neque esse hunc sanguinem nisi alii similem;) video autem etiam in cæteris membris reperiri hunc sanguinem, nec uni membro potiùs quam alteri appropriari: Quod autem quæro non est hujusmodi; siquidem illud aliquid est cui hic locus peculiaris est, absque quo sentio me ne ad nictum oculi posse subsistere: Atque illud ab initio quæsivi: Quod ad hunc sanguinem vero, quoties, ubi in certando sauciavit me ferarum aliqua, magnâ copiâ à me effluxit? nec quicquam illud mihi nocuit, nec quo minùs actionem aliquam ex meis præstarem effecit: Non est itaque in hoc receptaculo quod quæro: Quod autem ad hoc receptaculum à sinistrâ situm, video quidem illud omnino vacuum esse; at opinari non possum illud frustra constitutum fuisse: Video enim unumquodque membrorum alicui functioni

مجهوده وجرد القلب فراه مصمتا من كل جهة فنظر هل يري
فيه افة ظاهرة فلم ير به شيا فشد عليه يده فتبين به ان فيه
تجويفا فقال لعل مطلوبي الاقصي انما هو في داخل هذا العضو
وانا حتي الان لم اصل اليه فشق عليه فالفي فيه تجويفين
اثنين احدهما من الجهة اليمني والاخر من الجهة اليسري والذي
من الجهة اليمني منهما مملوا بعلق منعقد والذي من الجهة
اليسري خال لا شي فيه فقال لن يعدوا مطلبي ان يكون مسكنه
احد هذين البيتين ثم قال اما هذا البيت الايمن فلا اري فيه غير
هذا الدم المنعقد ولا شك انه لم ينعقد حتي صار الجسد كله الي
هذه الحال ان كان قد شاهد ان الدما كلها متي سالت
وخرجت انعقدت وجمدت ولم يكن هذا الادما كساير الدما وانا
اري هذا الدم موجودا في ساير الاعضا لا يختص به عضو دون
اخر وانا فليس مطلوبي شيا بهذه الصفة انما مطلوبي الشي الذي
يختص به هذا الموضع الذي اجدني لا استغني عنه طرفة عين
واليه كان انبعاثي من اول واما هذا الدم فكم مرة جرحتني
الوحش في المحاربة فسال مني كثير منه فما ضرني ذلك
ولا افقدني شيا من افعالي فهذا بيت ليس لي فيه مطلوب
واما هذا البيت الايسر فاراه خاليا لا شي فيه وما اري ان
ذلك لباطل فاني رايت كل عضو من الاعضا انما هو

لفعل يختص به فكيف يكون هذا البيت على ما شاهدت من شرفه باطلا انما اري الا ان مطلوبي كان فيه فارتحل عنه واخلاه وعند ذلك طري على هذا الجسد من العطلة ما طري ففقد الادراك وعدم الحراك فلما راي الساكن في ذلك البيت قد ارتحل قبل انهدام البيت وتركه وهو بحاله راي انه احري الا يعود اليه بعد ما حدث فيه من الخراب والتخريق ما حدث فصار عنده الجسد كله خسيسا لا قدر له بالاضافة الي ذلك الشي الذي اعتقد في نفسه انه يسكنه مدة ويرحل عنه بعد ذلك فاقتصر على الفكرة في ذلك الشي ما هو وكيف هو وما الذي ربطه بهذا الجسد والي اين صار ومن اي الابواب خرج عند خروجه من الجسد وما السبب الذي ازعجه ان كان خرج كارها او راغبا وما السبب الذي كره اليه الجسد حتي فارقه ان كان خرج مختارا وتشتت فكره في ذلك كله وسلا عن ذلك الجسد و اطرحه وعلم ان امه التي عطفت عليه وارضعته انما كانت ذلك الشي المرتحل وعنه كانت تصدر تلك الافعال كلها لا هذا الجسد العاطل وان هذا الجسد بجملته انما هو كالالة لذلك وبمنزلة العصي التي اتخذها هو لقتال الوحوش فانتقلت علاقته عن الجسد الي صاحب الجسد ومحركه ولم يبق له شوق الا اليه وفي خلال ذلك نتن ذلك الجسد وفاحت منه روايح كريهة

functioni destinatum, quæ illi propria est; quomodo itaque receptaculum hoc quod tam præstantis [fabricæ] esse video nulli usui inserviet? Imaginari nequeo quin in eo situm fuerit illud quod quæro, at ab eo discessisse, & locum vacuum reliquisse: atque hoc pacto corpori isti accidisse illam quæ accidit, cessationem, adeo ut sensu destitutum & motu privatum sit: Cum autem videret illud, quod in ista domo habitaverat, jam ex ea discessisse antequam dirueretur ipsámque cum in statu integro esset, reliquisse; putabat maximè probabile esse idem ad ipsam non rediturum, postquam ei contigit ita destrui ac lacerari. Visum est illi interim totum corpus contemptibile esse, ac nullius pretii, respectu illius rei, quam sibi persuaserat ipsum aliquando incoluisse, ac postea reliquisse: Soli igitur cogitationi de re illâ se applicuit, quænam illa, & quomodo illa, & quid illam corpori isti adjunxerat, quo abierat, ex quâ portâ exierat cum discederet à corpore; quæ causa illam abegerat, sive invita sive sponte exiret; & si sponte exiret, quæ causa corpus ei adeò invisum reddidit, ut ab illo discederet. His omnibus distrahebantur ipsius cogitationes: atque ex ipsius animo cessit omnis ob corpus illud sollicitudo, ipsúmque abjecit; sensitque jam matrem quæ ipsum tam indulgentèr habuit, ipsúmque lactaverat, fuisse rem illam quæ discesserat, & ab ea processisse omnes illas actiones, non ab hoc inerti corpore, corpus autem istud universim fuisse ipsi instrumenti tantùm vice, & baculi illius instar quem ad pugnandum cum feris sibi sumpserat. Ita jam desiderium ipsius à corpore transferebatur ad id quod corpus regebat, & movebat, nec in aliud ampliùs quam in ipsum desiderio ferebatur. Cæpit interim fætere corpus

illud, & ab eo odores tetri exhalari adeo ut illud magis aversaretur, mallétque non videre. Posthæc ipsi contigit ut duos corvos inter se pugnantes cerneret, donec alter alterum mortuum prosterneret; tum cæpit vivus terram scalpere, donec foramen effoderet, in quo mortuum illum tegebat. Quam rectè (secum inquit) fecit hic corvus eo quod texerit socii sui cadaver, licèt in occidendo ipsum malè fecerit! Quantò potiùs ego hoc facere matri meæ instituissem? Foveam igitur effodit, ipsiúsque corpori in illam demisso, terram superinjecit. Perrexit autem cogitare de re illa quæ regebat corpus: at non apprehendit cujusmodi res esset, nisi quod capreas omnes singulatim intuens, vidit illas ejusdem esse figuræ ac formæ cum matre suâ; hinc animo ejus insedit, unamquamque earum movere & regere aliquid simile illi quod matrem suam moverat & rexerat: Has capreas comitabatur, ipsásque amore prosequebatur, illius similitudinis gratiâ. In hoc statu aliquamdiù permansit varia animantium & plantarum genera contemplans, & istius insulæ littus obambulans, quærensque num quempiam sibi similem reperire posset, prout viderat unicuique animalium & plantarum individuo esse multa invicem similia. Nihil autem tale reperire poterat. Cum vero insulam mari undique cinctam videret, nullam aliam terram esse arbitratus est præter illam Insulam. Contigit autem aliquando in sylva quadam arida ex mutua ramorum collisione accendi ignem; quem intuens, vidit quiddam quod ipsum terrebat, & rem cui non antè assueverat, adeo ut diu valdè mirabundus staret: Nec destitit ad illum paulatim appropinquare, & sentiens radians ipsius

كريهة فزادت نفرته عنه وود الا يراه ثم انه سنح لنظره غرابان
يقتتلان حتي صرع احدهما الاخر ميتا ثم جعل الحي يبحث في
الارض حتي حفر حفرة فواري فيها ذلك الميت بالتراب فقال في
نفسه ما احسن ما صنع هذا الغراب في مواراة جيفة صاحبه وان
كان قد اسي في قتله اياه وانا كنت احق بالتهدي الي
هذا الفعل بامي فحفر حفرة والقي فيها جسد امه وحثي عليها
التراب وبقي يتفكر في ذلك الشي المصرف للجسد ولا يدري ما هو
غير انه كان ينظر الي اشخاص الظبا كلها فيراها علي شكل
امه وعلي صورتها فكان يغلب علي ظنه ان كل واحد منها انما
يحركه ويصرفه شي هو مثل الشي الذي كان يحرك امه ويصرفها
فكان يالف الظبا ويحن اليها لمكان ذلك الشبه وبقي علي ذلك
برهة من الزمان يتصفح انواع الحيوان والنبات ويطوف بساحل
تلك الجزيرة ويتطلب هل يجد لنفسه شبيها حسب ما يري لكل
واحد من اشخاص الحيوان والنبات اشباها كثيرة فلا يجد
شيا من ذلك وكان يري البحر قد احدق بالجزيرة من كل
جهة فيعتقد انه ليس في الوجود ارض سوي جزيرته تلك واتفق
في بعض الاحيان ان انقدحت نار في اجمة كلخ * علي سبيل قلخ *f.
المحاكاة فلما بصر بها راي منظرا هاله وخلقا لم يعهده قبل فوقف
يتعجب منها مليا وما يزال يدنوا منها شيا فشيا فراي ما للنار
من

من الضو الثاقب والفعل الغالب حين لا تعلق بشي الا اتت
عليه واحالته الي نفسه فحمله العجب بها وما ركب الله تعالي
في طباعه من الجراة والقوة علي ان مد يده اليها واراد ان ياخذ
منها شيا فلما باشرها احرقت يده ولم يستطع القبض عليه
فتهدي الي ان ياخذ قبسا لم يستول النار علي جميعه فاخذ
بطرفه السليم والنار في طرفه الاخر فتاتي له ذلك وحمله الي
موضعه الذي كان ياوي اليه وكان قد خلي في جحر كان
استحسنه للسكني قبل ذلك ثم ما زال يمد تلك النار بالحشيش
والحطب الجزل ويتعهدها ليلا ونهارا استحسانا لها وتعجبا
منها وكان يزيد انسه بها ليلا لانها كانت تقوم له مقام
الشمس في الضيا والدفو فعظم بها ولوعه واعتقد انها افضل الاشيا
التي لديه وكان دايما يراها تتحرك الي جهة فوق وتطلب العلو
فغلب علي ظنه انها من جملة الجواهر السماوية التي كان يشاهدها
وكان يختبر قوتها في جميع الاشيا بان يلقيها فيها فيراها
مستولية عليه اما بسرعة واما ببطو بحسب قوة استعداد الجسم الذي
كان يلقيه للاحتراق اوضعفه وكان من جملة ما القي فيها
علي معني الاختبار لقوتها شيا من اصناف الحيوانات البحرية
كان قد القاه البحر الي ساحله فلما اشتوي ذلك الحيوان
وسطع قتاره تحركت شهوته اليه فاكل منها شيا فاستطابه
فاعتاد

ipsius lumen, & miram efficaciam, cum nihil apprehenderet, quin illud corriperet & in naturam suam converteret: ideoque præ [admiratione] rei, & ex ingenita audacia & fortitudine, quam Deus naturæ ipsius indiderat, adductus est ut manum ei admoveret, voluitque de eo aliquid prehendere. Cum veró sentiret ipsum manum suam comburere, & se non posse illud prehendere, torrem sumere aggressus est, quem nondum totum occupaverat ignis; & illam partem prehendens quæ adhuc integra erat, cùm in altera esset ignis., rem facilè transegit, & ad locum suum perduxit, in quo habitabat: secesserat autem in latibulum quod sibi antè elegerat ut ad habitandum commodum, nec destitit ignem propagare [ipsum alendo] stipulâ & ligno sicco, illúmque noctedíéque frequentabat, præ delectatione ac admiratione ejus. Quod verò ejus cum eo consuetudinem noctu auxit, erat, quod noctu ipsi solis vicem suppleret, quod ad lucem & calorem, ita ut maximo ejus desiderio teneretur, túmque duceret esse rem omnium quæ ipsi aderant præstantissimam. Videns eiam illum semper sursum niti & ascendere, persuasum habuit illum esse unam ex cœlestibus illis substantiis quas cernebat; viresque ipsius in res omnes experiebatur, ipsas in illum injiciendo, quibus videbat illum prævalere citiùs aut tardiùs secundùm corporis dispositionem quod injiciebat, prout magis minúsve erat ad accendendum [idoneum.] Inter cætera quæ ad experiendas ipsius vires in ipsum injecerat, erant quædam ex animalibus illis quæ in mari degunt, quæ in littus expulerat mare; quibus tostis, & ascendente ipsorum nidore, commotus est ipsi appetitus; ita ut ex iis aliquid gustaret; quod cum gratum comperiret, hinc se carni comedendæ

edendæ assuefecit, artibúsque usus est, quibus terrâ marique venaretur, donec esset ipsarum peritus: Crevitque ipsius erga ignem affectus, quoniam hujus ope suppeditabantur ipsi varia boni victûs genera, quæ antea non repererat: Cúmque jam vehemens esset ipsius erga illum affectus, tum ob bonos, quos vidit ipsius effectus, tum validas ipsius vires, venit ipsi in mentem, certò rem illam quæ discesserat ex corde matris suæ capreæ, quæ ipsum foverat, vel ejusdem cum hoc esse substantiæ, vel similis naturæ. Hanc sententiam ipsi confirmabat calor, quem in animalibus omnibus, quousque viverent, observaverat, & frigus quod ipsis post mortem [contingeret,] utrumque absque ulla intermissione continuum: summus etiam calor, quem apud se reperiebat in pectore, juxta illum locum quem in caprea disciderat. Hinc ipsi in mentem venit, quod si animal aliquod caperet, atque ipsi cor aperiret, & in ventriculum illum inspiceret, quem, cum in matre sua caprea aperiret, vacuum reperiebat, [fore ut] in animali hoc vivo cerneret illud adhuc eo plenum quod ibi habitaverat, & ita certus fieret, num esset ejusdem substantiæ cum igne, & num luminis aliquod aut caloris ipsi inesset, necne. Ferâ itaque quadam prehensâ ipsi humerum ligavit, eodemque modo ipsam dissecuit, quo capream matrem suam dissecuerat, donec ad ipsius cor perveniret; & primò sinistrum ejus latus aggressus, illud aperuit, illúdque receptaculum aëre vapori simili plenum vidit, instar candicantis nebulæ: tum digitum immittens adeo calidum invenit, ut ipsum ureret; protinùs autem moriebatur animal illud: undè illi pro certo fuit humidum illum vaporem illud fuisse, quod animali illi motum dedit; atque ita in singulis cujuscunque generis animalibus, esse aliquid instar illius, quo discedente moreretur

فاعتاد بذلك اكل اللحم فصرف الحيلة في صيد البر والبحر حتي
مهر في ذلك وزادت محبته في النار اذ تأتي له بها من وجوه الاغتذا
الطيب شي لم يتات له قبل ذلك فلما اشتد شغفه بها لما راي من
حسن اثارها وقوة اقتدارها وقع في نفسه ان الشي الذي ارتحل من
قلب امه الظبية التي انشاته كان من جوهر هذا الموجود او من شي
يجانسه واكد ذلك في ظنه ما كان يراه من حرارة الحيوان طول مدة
حياته وبرودته من بعد موته وكان هذا دايما لا يختل وما كان يجده
في نفسه من شدة الحرارة عند صدره بازا الموضع الذي كان قد شق
عليه من الظبية فوقع في نفسه انه لو اخذ حيوانا وشق قلبه ونظر الي
ذلك البطن الذي صادفه خاليا عند ما شق عليه في امه الظبية
لراه في هذا الحيوان الحي وهو مملو بذلك الشي الساكن
فيه وتحقق هل هو من جوهر النار وهل فيه شي من
الضو والحرارة ام لا فعمد الي بعض الوحوش واستوثق منه كتافا
وشقه علي الصفة التي شق الظبية حتي وصل الي القلب فقصد
اولا الي الجهة اليسري منه وشقها فراي ذلك الفراغ مملوا بهوا
بخاري شبه الضباب الابيض فادخل اصبعه فيه فوجده من
الحرارة في حد كاد يحرقه ومات ذلك الحيوان علي الفور فصح
عنده ان ذلك البخار الرطب هو الذي كان يحرك هذا الحيوان وان
في كل شخص من اشخاص الحيوانات مثل ذلك ومتي انفصل عن

الحيوان مات ثم تحركت في نفسه الشهوة للبحث عن ساير اعضا
الحيوان وترتيبها واوضاعها وكمياتها وكيفية ارتباط بعضها ببعض
وكيف تستمد من البخار الرطب حتي هي كلها حية به وكيف بقا
هذا البخار المدة التي يبقي ومن اين يستمد وكيف لا تنفد حرارته
فتتبع ذلك كله بتشريح الحيوانات الاحيا والاموات ولم يزل ينعم
النظر فيها ويجيد الفكرة حتي بلغ في ذلك كله مبلغ كبار
الطبيعيين فتبين له ان كل شخص من اشخاص الحيوان وان
كان كثيرا باعضايه وتفنن حواسه وحركاته فانه واحد بذلك
الروح الذي مبدوه من قرار واحد وانقسامه في ساير الاعضا
منبعث منه وان جميع الاعضا انما هي خادمة له او مودية عنه وان
منزلة ذلك الروح في تصريف الجسد كمنزلة من يحارب الاعدا
بالسلاح التام او يصيد جميع صيد البحر والبر فيعد لكل جنس الة
يصيده بها والتي يحارب بها تنقسم الي ما يدفع بها نكاية غيره
والي ما ينكي بها غيره وكذلك الات الصيد تنقسم الي ما يصلح
لحيوان البحر والي ما يصلح لحيوان البر وكذلك الاشيا التي يشرح
بها تنقسم الي ما يصلح للشق والي ما يصلح للكسر والي ما يصلح
للثقب والبدن واحد وهو يصرف ذلك انحا من التصريف بحسب ما
تصلح له كل الة وبحسب الغايات التي تلتمس بذلك التصريف
كذلك ذلك الروح الحيواني واحد واذا عمل بالة العين كان فعله
ابصارا

moreretur animal. Magna tunc incessit animum ejus cupido inquirendi in cætera animalium membra, ut ipsorum dispositionem & situm reperiret, quantitatem, item & qualitatem, mutuique nexus modum, & quomodo suppeditetur illis vapor ille humidus, adeo ut omnia eo vivant, quomodo vapor ille superstes maneat, quamdiu manet; undè suppetias habeat, & quomodo ipsius calor non intereat. Hæc omnia explorabat, feras tam vivas quam mortuas dissecando: nec destitit in eas accuratè inquirere, & cogitationem intendere, donec in his omnibus pertingeret ad gradum summorum naturæ Mystarum. Et jam manifestum illi evasit, omne peculiare animal, licet multa essent ipsius membra, varii sensus motúsque, unum esse nihilominus respectu spiritus illius, qui ab uno centro originem ducebat, undè distributio ejus in alia omnia membra ortum habuit; omnia autem membra ipsi subservire, vel ab eo instrui: munus verò spiritûs illius in utendo corpore esse instar alicujus qui cum hostibus certat armis omnigenis; aut qui omnis generis prædam, sive terrâ, sive mari venatur, & unicuiq; generi instrumentum aliquod parat, quo illud venetur. [Arma] autem quibus certat homo, dividuntur in ea, quibus malum ab aliis intentatum repellat, & ea quibus damnum aliis inferat: eodemque modo instrumenta venationis, dividuntur in ea, quæ idonea sunt animalibus marinis captandis, & ea quæ terrestribus: similiter & res quas ad dissecandum adhibuit, dividebantur in eas quæ idoneæ erant fissioni, & quæ fractioni, & quæ perforationi, & licet unum esset corpus, ille tamen variis modis illud tractabat, pro ratione ejus cui idoneum erat unumquodque instrumentum; & pro ratione finium quos proposuerat sibi indè obtinendos. Pari modo [sensit] unum esse spiritum illum animalem, cujus, cum instrumento oculi uteretur, actio erat

visus; cum auris, actio ipsius erat auditus; cum nasi, actio ipsius erat olfactus, cum linguæ, actio ipsius erat gustus; cum cutis & carnis, actio ipsius erat tactus; cum membro aliquo uteretur, actio ipsius erat motus; cum jecore, actio ipsius erat nutritio & alimenti perceptio; & unicuique harum [actionum] erant membra quæ illi subserviebant, nullum autem ex illis suum poterat munus peragere, nisi ope ejus quod ad illud à spiritu illo derivabatur per meatus qui arteriæ dicuntur; ita ut quoties aut abrumperentur isti meatus aut obstruerentur; cessaret illius membri actio: Hæ autem arteriæ spiritum illum è ventriculis cerebri derivant, cerebrum a corde recipit: magna verò est spiritus in cerebro copia, quia illud locus est in quo variè distribuuntur multæ [ipsius] partitiones: Quod si membrum aliquod, quocunque pacto, spiritu hoc privetur, cessat ipsius actio, fitque instar instrumenti abjecti, quo nemo utitur, & prorsus inutile est: Si verò spiritus omnino è corpore discesserit, aut ratione quâvis absumatur, vel dissolvatur, simul totum corpus motu privatur, & ad statum mortis redigitur. Hucusque eum perduxerat contemplatio, quo tempore tertium septenarium ab ortu suo, h. e. vigesimum primum ætatis annum attigerat. Atque interea temporis membrati multa commenta reperit, seque amicivit pellibus ferarum, quas dissecuerat, seque iisdem calceavit, fila conficiens ex pilis, & cortice calamorum althææ, malvarum, cannabis, aut ejusmodi plantarum [quarum cortices] erant ad filamenta apti: hæc verò ita facere didicerat ex priori juncorum usu: Fecitque sibi subulas ex spinis validis, & cannis ad lapides exacutis: Ædificandi autem artem edoctus est ex eo, quod ab hirundinibus fieri videbat;

ابصارا واذا عمل بالة لاذن كان فعله سمعا واذا عمل بالة الانف كان
فعله شما واذا عمل بالة اللسان كان فعله ذوقا واذا عمل بالجلد
واللحم كان فعله لمسا واذا عمل بالعضو كان فعله حركة واذا عمل
بالكبد كان فعله غذا واغتذا ولكل واحد من هذه اعضا تخدمها
ولا يتم لشي من هذه فعل الا بما يتصل اليها من ذلك الروح علي
الطرق التي تسمي عصبا ومتي انقطعت تلك الطرق او انسدت
تعطل فعل ذلك العضو وهذه الاعصاب انما تستمد الروح من
بطون الدماغ والدماغ يستمد الروح من القلب والدماغ فيه روح
كثيرة لانه موضع تتوزع فيه اقسام كثيرة فاي عضو عدم هذا الروح
بسبب من الاسباب تعطل فعله وصار بمنزلة الالة المطرحة التي لا يصرفها
الفاعل ولا ينتفع بها فان خرج هذا الروح بجملته عن الجسد او
فني او تحلل بوجه من الوجوه تعطل الجسد كله وصار الي
حالة الموت فانتهي به النظر الي هذا الحد من النظر علي راس ثلاثة
اسابيع من منشايه وذلك احد وعشرون عاما وفي خلال هذه المدة
المذكورة تفنن في وجوه حيله واكتسي بجلود الحيوانات التي كان
يشرحها واحتذي بها واتخذ الخيوط من الاشعار ولحا قصب الخطمية
والخبازي والقنب وكل نبات ذي خيط وكان اصل اهتدائه الي
ذلك انه اخذ من الحلفا وعمل خطاطيف من الشوك القوي والقصب خصاصف
المحدود علي الحجارة وتهدي الي البنا بما راي من فعل الخطاطيف

فاتخذ

فاتخذ مخزنا وبيتا لفضلة غذايه وحصن عليه بباب من القصب المربوط بعضه الي بعض ليلا يصل اليه شي من الحيوانات عند مغيبه عن تلك الجهة في بعض شوونه واستانف جوارح الطير ليستعين بها في الصيد واتخذ الدواجن لينتفع ببيضها وفراخها واتخذ من صياصي البقر الوحشية شبه الاسنة وركبها في القصب القوي وفي عصي الزان وغيرها واستعان في ذلك بالنار وبحروف الحجارة حتي صارت شبه الرماح واتخذ ترسه من جلود مضاعفة كل ذلك لما راي من عدمه السلاح الطبيعي ولما راي ان يده تفي له بكل ما فاته من ذلك وكان لا يقاومه شي من الحيوانات على اختلاف انواعها الا انها كانت تفر عنه فتعجزه هربا فكر في وجه الحيلة في ذلك فلم يرشيا انجح له من ان يتالف بعض الحيوانات الشديدة العدو ويحسن اليها بالغذا الذي يصلح بها حتي يتاتي له الركوب عليها ومطاردة ساير الاصناف بها وكانت بتلك الجزيرة خيل برية وحمر وحشية فاتخذ منها ما يصلح له وراضها حتي كمل له بها غرضها وعمل عليها من الشرك والجلود امثال الشكايم والسروج فتاتي له بذلك مما امله من طرد الحيوانات التي صعبت عليه الحيلة في اخذه وانما تفنن في هذه الامور كلها في وقت اشتغاله بالتشريح وشهوته في وقوفه على خصايص اعضا الحيوان وبماذا تختلف وذلك في المدة التي حددنا منتهاها

bat, struxit etiam sibi repositorium, locúmque ubi victûs sui residuum conderet; illum etiam januâ tuebatur, ex junctis invicem cannis compositâ, nequa ferarum illuc penetraret, cum ipse negotii alicujus causâ indè abesset. Aves etiam rapaces sibi sumpsit, quarum ope ad aucupandum uteretur: aves etiam altiles sibi cepit, ut ex ipsarum ovis & pullis utilitatem caperet. Accepit etiam de cornibus boum sylvestrium, veluti cuspides hastarum, eásque validis cannis affigens, baculisque ex arbore Alzan, aliisque, atque ita ope ignis & extremitatum lapidum eas adaptavit, ut instar hastarum essent: scutum etiam ex complicatis pellibus fecit: hæc omnia fecit, quia se armis nativis destitutum cerneret. Cúmque jam videret manum suam horum omnium defectum supplere, nec ferarum aliquam ex variis omnium generibus se ipsi opponere, nisi quod ab eo fugerent, ipsúmque cursu superarent; technam aliquam excogitavit, quâ huic etiam rei [occurreret:] quam ad rem nihil sibi utilius fore arbitratus est, quam ut ferarum aliquam cursu celerem cicuraret, ipsámque cibo illi idoneo foveret, donec eam facilè conscenderet, eâque alia ferarum genera persequeretur. Erant autem in illâ insulâ equi agrestes atque onagri, ex quibus quosdam eligens, qui sibi commodi videbantur, ipsos mansuefecit, donec ipsorum ope propositi sui compos fieret: cúmque ipsis ex loris pellibúsque conficeret, quod pro frænis & ephippiis sufficeret, expeditum illi fuit quod speraverat de feris illis consequendis quas alitèr vix potuit arte aliquâ assequi. Varia hæc inventa omnia reperit, dum esset in dissecando occupatus, studióque indagandi proprietates [singularum] partium animalium, & in quo invicem discreparent; Idque eo temporis spatio cujus terminum definivimus, uno & viginti

viginti annis. Cœpit tunc ulterius contemplando expatiari, & corpora omnia perlustrare, quæ sunt in hoc mundo generationi & corruptioni [obnoxio] veluti diversa animalium genera, plantas, mineralia, & varia lapidum genera, simúlque terram & aquam, exhalationes, glaciem, nivem, grandinem, fumum, pruinam, ignem & calorem; in quibus qualitates varias & diversas actiones cernebat, motúsque partim congruentes, partim inter se discrepantes. His seriò contemplandis animum adhibens, vidit ea in parte qualitatum suarum congruere, & in parte differre; & illius respectu, in quo conveniebant, unum esse, respectu verò illius in quo discrepabant, varia esse ac multa. Quandoque itaque inspiciens in rerum proprietates, quibus invicem distinguebantur, tam varias illas & multifarias vidit, ut numerum excederent, & tam latè se diffundere rerum naturam, ut comprehendi nequiret. Multiplex etiam ipsi visa est sua ipsius essentia, dum cerneret diversa esse sua membra, singula invicem distincta actione aliquâ aut proprietate ipsis peculiari. Unumquodque etiam horum membrorum intuens, vidit illud in partes plurimas dividi posse; undè multiplicem esse essentiam suam statuit, Parique modo cujusvis rei essentiam. Tum se ad aliam speculationem accingens, secundo modo, vidit omnia sua membra, licet multa essent, ita invicem esse connexa, ut nullum esset inter ea ullatenus discrimen, atque unius rationem habere, neque illa inter se differre, nisi respectu diversitatis actionum: diversitatem verò illam esse ex causâ ejus quod ipsi pervenit à vi spiritus animalis, cujus [naturam] speculando prius indagaverat: spiritum autem hunc unum esse essentiâ, atque eundem veram rationem essentiæ esse, omnia verò cætera membra esse quasi instrumenta; & hoc respectu vidit essentiam suam unam

منتهاها باحد وعشرين عاما ثم انه بعد ذلك اخذ في ماخذ من النظر
فتصفح جميع الاجسام التي في عالم الكون والفساد من الحيوانات
علي اختلاف انواعها والنبات والمعادن واصناف الحجارة والتراب والما
والبخار والجمد والثلج والبرد والدخان والجليد واللهيب والجمر
فراي لها اوصافا كثيرة وافعالا مختلفة وحركات متفقة ومتضادة
وانعم النظر في ذلك والتثبت فراي انها تتفق ببعض الصفات
وتختلف ببعض وانها من الجهة التي تتفق بها واحدة ومن الجهة
التي تختلف فيها متغايرة ومتكثرة فكان تارة ينظر خصايص
الاشيا وما ينفرد به بعضها عن بعض فتكثر عنده كثرة تخرج عن
الحصر وينتشر له الوجود انتشارا لا ينضبط وكانت تتكثر عنده ايضا
ذاته لانه كان ينظر الي اختلاف اعضايه وان كل واحد منها منفرد
بفعل وصفة تخصه وكان ينظر الي كل عضو منها فيري انه يحتمل
القسمة الي اجزا كثيرة جدا فيحكم علي ذاته بالكثرة وكذلك علي
ذات كل شي ثم كان يرجع الي نظر اخر من طريق ثان فيري ان
اعضاه وان كانت كثيرة فهي متصلة كلها بعضها ببعض لا انفصال
بينها بوجه فهي في حكم الواحد وانها لا تختلف الا بحسب اختلاف
افعالها وان ذلك الاختلاف انما هو بسبب ما يصل اليها من قوة
الروح الحيواني الذي انتهي اليه نظره اولا وان ذلك الروح واحد في
ذاته وهو ايضا حقيقة الذات وساير الاعضا كلها كالالات فكانت

تتحد عنده ذاته بهذا الطريق ثم كان ينتقل الي جميع انواع
الحيوان فيري كل شخص منها واحداً بهذا النوع من النظر ثم
كان ينظر الي نوع نوع منها كالظبا والخيل والحمر واصناف الطير
صنفا صنفا فكان يري اشخاص كل نوع يشبه بعضه بعضا في الاعضا
الظاهرة والباطنة والادراكات والحركات والمنازع ولا يري بينها
خلافا الا في اشيا يسيرة بالاضافة الي ما اتفقت فيه وكان يحكم
ان الروح الذي لجميع ذلك النوع شي واحد وانه لم يختلف الا انه
انقسم علي قلوب كثيرة وانه لو امكن ان يجمع جميع الذي افترق في
تلك القلوب منه ويجعل في وعا واحد لكان كله شيا واحدا بمنزلة ما
واحد وشراب واحد تفرق علي اوان كثيرة ثم يجمع بعد ذلك فهو
في حالتي تفريقه وجمعه شي واحد وانما عرض له التكثر بوجه ما فكان
يري النوع كله بهذا النظر واحدا ويجعل كثرة اشخاصه بمنزلة
كثرة اعضا الشخص الواحد التي لم تكن كثيرة في الحقيقة ثم كان
يحضر انواع الحيوان كلها في نفسه ويتاملها فيراها تتفق في
انها تحس وتغتذي وتتحرك بالارادة الي اي جهة شات وكان
قد علم ان هذه الافعال هي اخص افعال الروح الحيواني به وان
ساير الاشيا التي تختلف بها بعد هذا الاتفاق ليست شديدة
الاختصاص بالروح الحيواني فظهر له بهذا التامل ان الروح الحيواني
الذي لجميع جنس الحيوان واحد بالحقيقة وان كان فيه اختلاف
يسير

esse. Hinc se convertens ad omnes animalium species, vidit unamquamque earum unum esse hoc contemplandi modo: tum speciatim illas contemplans, veluti capreas, equos, asinos, omniáque alitum genera secundùm species suas, vidit individua uniuscujusque speciei esse invicem similia, tam quoad partes exteriores quam interiores, apprehensiones, motus, & inclinationes, nec inter se differre, nisi in paucis quibusdam rebus, respectu earum in quibus congruebant: undè statuit spiritum, illum qui in tota illa specie erat, rem unam esse, nec aliter differre, nisi quod in varia corda distribueretur; adeo ut, si fieri posset, ut totum illius, quod jam in cordibus istis dissiparetur colligi posset, & in uno vase poni, totum illud una res foret; instar aquæ unius aut liquoris priùs in diversa vasa dispersi, & postmodum [in unum] collecti, qui utroque statu, tam dispersionis quam collectionis, una res erat: contigisse autem ei respectu quodam multiplicitatem.

Hoc contemplandi modo, vidit totam speciem unam esse, statuitque individuorum multiplicitatem, esse instar multiplicitatis membrorum in una persona, quæ reverà multa non sunt. Tum omnes animalium species sibi animo præsentes statuit; easque considerans, omnes vidit in hoc congruere, quod sensum haberent, & nutrirentur, & sponte sua se moverent, quocunque vellent: quas actiones jam noverat esse actionum spiritus animalis maximè ei proprias; aliáq;, quibus post hanc convenientiam discrepabant, non esse admodum propria spiritui animali. Ex hac consideratione patuit ipsi spiritum animalem, qui in toto animalium genere erat, esse reverà unum; licet ipsi inesset discrimen

aliquod parvum, quod uni magis speciei quam alteri proprium esset; veluti unius aquæ in plura vasa divisæ, alia forsan pars aliâ calidior sit, licet primitùs una essent: eâ quæ in uno frigiditatis gradu est, illud referente, quod isti spiritui animali proprium est in una specie: at deindè veluti tota illa aqua una est, ita etiam spiritus animalis unus est; licèt aliquo respectu contigerit illi multiplicitas: Atque ita hoc speculandi modo, totum animalium genus vidit unum esse. Tunc etiam varias plantarum species contemplatus, vidit individua cujuscunque speciei esse invicem similia, quoad ramos, folia, flores, & fructus, & actiones; illásque cum animalibus conferens, novit unum aliquod esse, cujus omnes erant participes, quod in illis spiritum in animalibus referebat, atque eas omnes ejus respectu unum quid esse: atque ita totum plantarum genus perlustrans, statuit omnes unum quid esse respectu convenientiæ quam videbat in earum actionibus, sc. quod nutrirentur & crescerent. Tum uno mentis conceptu totum animalium genus & plantarum conjunxit, & vidit omnia in eo convenire, quod nutritionem & incrementum admitterent; nisi quod animalia plantas superarent, & in hoc excellerent, quod sentirent & apprehenderent: cui tamen plantis simile aliquod inesse videbatur; veluti quod flores se soli obverterent, & ipsorum radices in eam partem se moverent, quæ ipsis alimentum præbebat, aliæque hujusmodi actiones: undè ipsi constabat, & plantas & animalia unum quid esse, respectu rei unius, quæ utrisque communis erat, quæ in eorum uno magis perfecta & completa erat, in altero vero impedimento aliquo cohibita: instar aquæ in duas partes divisæ, quarum alia quidem congelata est, alia vero fluida. [Hucusque] statuit plantas & animalia unum quid esse.

Deindè

بسبب اختص به نوع دون نوع بمنزلة ما واحد مقسوم على اوانٍ
كثيرة بعضه ابرد من بعض وهو في اصله واحد وكل ما كان
في طبقة واحدة من البرودة فهو بمنزلة ما اختص بذلك الروح
الحيواني بنوع واحد وبعد ذلك فانه كما ان ذلك الما كله واحد
فكذلك الروح الحيواني واحد وان عرض له التكثر بوجه ما فكان
يرى جنس الحيوان كله واحدا بهذا النوع من النظر ثم كان
يرجع الى انواع النبات على اختلافها فيرى كل نوع منها تشبه
اشخاصه بعضها بعضا في الاغصان والورق والزهر والثمر والافعال
فكان يقيسها بالحيوان ويعلم ان لها شيا واحدا اشتركت فيه
هو لها بمنزلة الروح للحيوان وانها بذلك الشي واحد وكذلك كان
ينظر الى جنس النبات كله فيحكم باتحاده بحسب ما يراه من
اتفاق فعله في انه يتغتذي وينمي ثم كان يجمع في نفسه جنس
الحيوان وجنس النبات فيراهما جميعا متفقين في الاغتذا والنمو الا
ان الحيوان يزيد على النبات بفضل *جنس وادراك وربما ظهر في
النبات شي شبيه به مثل تحول وجوه الزهر الى جهة الشمس *l. حس
وتحرك عروقه الى جهة الغذا واشباه ذلك فظهر له بهذا التامل ان
النبات والحيوان شي واحد بسبب شي واحد مشترك لهما هو في
احدهما اتم واكمل وفي الاخر قد عاقه عايق ما وان ذلك بمنزلة ما
واحد قسم بقسمين احدهما جامد والاخر سيال فيتحد عنده النبات

والحيوان

والحيوان ثم ينظر الي الاجسام التي لا تحس ولا تغتذي ولا تنمي من
الحجارة والتراب والما والهوا واللهب فيري انها اجسام مقدرة لها طول
وعرض وعمق وانها لا تختلف الا ان بعضها ذو لون وبعضها لا لون له
وبعضها حار وبعضها بارد ونحو ذلك من الاختلاف وكان يري
ان الحار منها يصير باردا والبارد يصير حارا وكان يري الما
يصير بخارا والبخار يصير ماء والاشيا المحترقة يصير جمرا ورمادا
ولهيبا ودخانا والدخان اذا وافق في صعوده قبة حجر انعقد فيه
وصار بمنزلة ساير الاشيا الارضية فيظهر له بهذا التامل ان جميعها شي
واحد في الحقيقة وان لحقتها الكثرة بوجه ما فذلك مثل ما لحقت
الكثرة للحيوان والنبات ثم ينظر الي الشي الذي اتحد به عنده
النبات والحيوان فيري انه جسم ما مثل هذه الاجسام له طول
وعرض وعمق وهو اما حار واما بارد كواحد من هذه الاجسام التي
لا تحس ولا تغتذي وانما خالفها بافعاله التي تظهر عنه بالالات
الحيوانية والنباتية لا غير ولعل تلك الافعال ليست ذاتية وانما
تسري اليه من شي اخر ولو سرت الي هذه الاجسام الاخر لكانت مثله
فكان ينظر اليه بذاته مجردا عن هذه الافعال التي تظهر ببادي
الراي انها صادرة عنه فكان يري انه ليس الا جسما من هذه الاجسام
فيظهر له بهذا التامل ان الاجسام كلها شي واحد حيها وجمادها
متحركها وساكنها الا انه يظهر ان لبعضها افعالا بالات ولا يدري

هل

Deindè contemplabatur corpora quæ neque sensum habent, neq; nutritionem, neq; incrementum, cujusmodi sunt lapides, terra, aqua, aër, & ignis, quæ omnia vidit esse corpora dimensiones habentia, sc. longitudinem, latitudinem, & profunditatem; nec aliter inter se differre, quam quod alia essent colorata, alia absque colore; alia calida essent, alia frigida, cum aliis hujusmodi differentiis: vidit etiam ea quæ calida erant, frigescere, eáque quæ frigida erant, incalescere; vidit etiam aquam in vapores converti, iterúmque ex vaporibus generari aquã, & quæcunq; combusta essent, converti in prunas, cineres, flammam & fumum: fumum verò, ubi inter ascendendum fornici lapideo occurreret, ibidem concrescere, & fieri similem aliis terreis substantiis: undè illi apparuit ea omnia esse reverà unũ quid, licet aliquo respectu contigerit illis multiplicitas, eodẽ modo, quo contigit animalibus & plantis. Tum secum reputans illud, in quo uniri sensit plantas & animalia, vidit necessariò corpus aliquod esse his corporibus simile, habens longitudinẽ, latitudinẽ, & profunditatẽ; esseq; aut calidũ aut frigidum, sicut unum ex aliis illis coporibus, quæ neq; sensum habent, neq; nutritionem accipiunt: differre autẽ ab illis, actionibus quæ indè effluebant, ratione organorum quæ ad plantas & animalia pertinent; non alitèr: & forsan actiones illas non esse essentiales, sed aliũdè ab alia aliqua re ad ipsũ derivari, ita ut si pari modo ad alia ista corpora deferrẽtur, essent illa huic similia. Illud ergò in essentia sua considerãs, prout actionibus hisce nudatum, quæ primo intuitu indè fluere videbantur, vidit illud non aliud esse, quã corpus ejusdem cum his generis: Ex hac contemplatione ipsi apparebat omnia corpora unum quid esse, tam quæ in se vitam haberent, quam quæ non haberent, tam quæ moverentur, quã quæ quiescerent; nisi quod appareret à quibusdã ipsórũ actiones procedere, ratione organorum; quæ quidem actiones, nondum noverat

utrum eſſentiales eſſent, aut aliundè ad ipſa derivatæ. In hoc ſtatu erat nihil præter corpora animo complectens. Et hoc modo vidit totam creaturarum fabricam rē unā eſſe, quas priori intuitu multas eſſe putaverat, abſq; numero aut fine: Atq; in hac ſententia & ſtatu permanſit aliquamdiu. Tum corpora omnia tám animata quā inanimata contemplatus eſt; quæ ipſi una res quandoq; videbātur, quandoq; multa & innumera: vidit autem unicuique ipſorum, unam ex duabus hiſce rebus neceſſariò ineſſe, ſc. vel ut ſurſum tenderet, veluti fumus, flamma, & aër cum ſub aqua detinetur; aut in contariam illi partem moveretur, hoc eſt, deorſum, uti aqua, & partes terræ, & partes animalium, plantarúmque: nullum autem ex omnibus iſtis corporibus, ab utroque horum motuum liberum eſſe, nec quieſcere, niſi cum obſtaret impedimentum aliquod quod ipſi viam interrumperet, ut cùm lapis deſcendens ſuperficiem terræ adeò ſolidam reperiat, ut ipſam penetrare non poſſit; quod ſi facere poſſet, à motu ſuo non recederet, uti conſtat: Ideo ſi ipſum attollas, invenies illum tibi reniti, ex propenſione ſuâ quâ deorſum fertur, quærens deſcendere. Pari modo fumus in aſcenſu ſuo non reflectitùr, niſi ſolido fornici occurrat, qui ipſum cohibeat, tum verò dextrorſum & ſiniſtrorſum declinabit; ubi autem ex fornice illo evaſit, aſcendit; aërem perrumpens qui ipſum cohibere nequit. Vidit etiam ut aër ubi repletus eo fuerit uter pelliceus, & conſtrictus, ſi ipſum aquæ immergas, aſcendere conetur, & ſub aqua detinenti reluctetur, nec ita facere deſinat, donec ad locum aëris pertigerit, hoc eſt, cum ex aquâ emerſerit; tum verò quieſcat, recedente ab ipſo reluctantiâ iſtâ & propenſione ad movendum ſurſum, quam priùs habuerat. Quærebat etiam num corpus ali-

quod

هل تلك الافعال ذاتية لها او سارية اليها من غيرها وكان في هذه
الحال لا يري شيا غير الاجسام فكان بهذا الطريق يري الموجود كله
شيا واحدا وبالنظر الاول يري الموجود كثرة لا تنحصر ولا تتناهي
وبقي بحكم هذه الحالة مدة ثم انه تامل جميع الاجسام حيها وجمادها
وهي التي هي عنده تارة شي واحد وتارة كثيرة لا نهاية لها فراي
كل واحد منها لن يخلو من احد امرين اما ان يتحرك الي جهة
العلو مثل الدخان واللهيب والهوا اذا حصل تحت الما واما ان
يتحرك الي الجهة المضادة لتلك الجهة وهي جهة السفل مثل الما
واجزا الارض واجزا الحيوان والنبات وان كل جسم من هذه الاجسام
لن يعري عن هاتين الحركتين وانه لا يسكن الا اذا منعه مانع يقطع
به عن طريقه مثل الحجر النازل يصادف وجه الارض صلبا فلا يمكنه
ان يخرقه ولو امكنه ذلك لما انثني عن حركته فيما يظهر ولذلك اذا
رفعته وجدته يتحامل عليك بميله الي جهة اسفل طالبا للنزول
وكذلك الدخان في صعوده لا ينثني الا ان يصادف قبة صلبة تحبسه
فحينيذ ينعطف يمينا وشمالا ثم اذا تخلص من تلك القبة خرق
الهوا صاعدا لان الهوا لا يمكنه ان يحبسه وكان يري الهوا اذا ملي به
زق جلد وربط ثم غوص تحت الما طلب الصعود وتحامل علي من
يمسكه تحت الما ولا يزال يفعل ذلك حتي يوافي موضع الهوا وذلك
بخروجه من تحت الما فحينيذ يسكن ويزول عنه ذلك التحامل

والميل الي جهة فوق الذي كان يوجد منه قبل ذلك وطلب هل
يجد جسما يعري عن كلتي هاتين الحركتين او الميل اليهما في
وقت ما فلم يجد ذلك في الاجسام التي لديه وانما طلب ذلك لانه
طمع ان يجده فيري طبيعة الجسم من حيث هو جسم دون ان
يقترن به وصف من الوصاف التي هي منشاة التكثر فلما اعياه
ذلك ونظر الى الاجسام التي هي اقل الاجسام حملا للاوصاف فلم
يرها تعري من احد هذين الوصفين بوجه وهما اللذان يعبر عنهما
بالثقل والخفة فنظر الي الثقل والخفة هل هما للجسم من حيث هو
جسم او هما لمعني زايد على الجسمية فظهر له انهما لمعنى زايد على
الجسمية لانهما لوكانا للجسم من حيث هو جسم لما وجد جسم الا وهما
له ونحن نجد الثقيل لا توجد فيه الخفة والخفيف لا يوجد فيه الثقل
وهما لا محالة جسمان ولكل واحد منهما معنا ينفرد به عن الاخر
زايد على جسميته وذلك المعني هو الذي غاير كل واحد منهما به
الاخر ولولا ذلك لكانا شيا واحدا من جميع الوجوه فتبين له ان
حقيقة كل واحد من الثقيل والخفيف مركبة من معنيين احدهما
ما يقع فيه الاشتراك منهما جميعا وهو معني الجسمية والاخر ما تنفرد
به حقيقة كل واحد منهما عن الاخر وهو اما الثقل في احدهما واما
الخفة في الاخر المقترنان بمعني الجسمية اي المعني الذي يتحرك
احدهما علوا والاخر سفلا وكذلك نظر الي ساير الاجسام من الجمادات
والحيا

quod reperire posset, quod utroque horum motuum aut propensione ad eos aliquando destitueretur, nullum autem reperit inter ea corpora quæ apud ipsum erant: hoc autem quærebat, illud inveniendi cupidus, ut indè perspiceret naturam corporis quatenus esset corpus, absque ullâ qualitate adjuncta ex iis quæ multiplicitatem inducerent. At cum hoc ipsi difficilè esset, & corpora illa contemplatus, quæ inter alia minimùm qualitatibus hisce subjicerentur, non videret ea alterâ ex his duabus qualitatibus quæ dicuntur gravitas & levitas, ullatenùs destitui, consideravit gravitatem & levitatem, num convenirent corpori, quatenus esset corpus, vel notioni corporeitati superadditæ.

Visum est autem ipsi competere eas notioni corporeitati superadditæ; quia si pertinerent ad corpus quatenus corpus, nullum reperiretur corpus cui non inesset utraque earum: reperimus autem grave levitatis omnis expers, & leve aliquod cui nulla inest gravitas: & hæc duo proculdubio duo corpora sunt, quorum utrique notio aliqua inest qua ab altero distinguitur, coporeitati suderaddita; atque ea notio est illud quo alterum eorum ab altero diversum fit, quæ si non adesset, una res forent omni respectu. Conspicuum itaque ipsi erat essentiam utriusque horum, sc. gravis, & levis, ex duabus notionibus esse compositam, quarum altera ea erat, in quâ ambo conveniebant; & hæc erat notio coporeitatis: altera autem ea, per quam unius essentia ab alterius diversa erat, erátque ea gravitas in altero eorum, levitas in altero; quæ (ea sc. notio quâ alterum eorum sursum movebatur, alterum deorsum) notioni corporeitatis conjungebantur.

Ita etiã contemplatus est reliqua corpora rerum tam inani-

matarum quàm animatarum, & vidit veram rationem essentiæ uniuscujusque compositam esse ex notione corporeitatis; & re quâdam aliâ corporeitati superadditâ, sive una esset res ista, sive multiplex: atque ita comparebant ipsi formæ corporum secundum diversitatem suam. Hæc prima erant quæ innotuere ipsi de mundo spirituali, cum sint eæ formæ, quæ sensu non percipiuntur; percipiuntur verò modo aliquo speculationis intellectualis. Et inter cætera hujus generis, quæ ipsi comparebant, comparuit ipsi etiam spiritum animalem, cujus sedes est cor, (quemque superiùs explicuimus) necessariò notionem aliquam coporeitati suæ superadditam habere, quâ idoneus erât ad mira hæc opera præstanda è variis sensationum modis, variisque apprehendendi rationibus, & variis etiam motuum speciebus, & esse notionem illam ipsius formam, differentiámque quâ ab aliis corporibus distinguitur, (ea autem illud est quod Philosophi Animam animalem, [i. e. sensitivam] appellant:) atque ita eam rem quæ plantis vicem caloris radicalis in animalibus supplet, esse quiddam ipsis proprium, quod est ipsarũ forma, & illud quod Philosophi Animam vegetativam appellant. Ita etiam omnibus corporibus animatorum, × (& hæc ea sunt quæ præter animalia & plantas in mundo generationis & corruptionis reperiuntur,) aliquid proprium esse, cujus vi unumquodque eorum actionem sibi propriam peragit; veluti varios motuum modos, & qualitatum sensibilium species; eamq; rem cujusq; eorum formam esse, (éstq; illud quod Philosophi Naturæ nomine indigitant:) Et cum ex hac contemplatione certò ipsi constaret, veram essentiam illius spiritus animalis, cui semper intentus fuerat ipsius animus, compositã esse ex notione corporeitatis, & × aliquâ aliâ notione coporeitati superadditâ, & notionẽ hujus

والا حيا فراي ان حقيقة وجود كل واحد منهما مركبة من معني
الجسمية ومن شي اخر زايد علي الجسمية اما واحد واما اكثر من
واحد فلاحت له صور الاجسام علي اختلافها وهو اول ما لاح له من
العالم الروحاني اذ هي صور لا تدرك بالحس وانما تدرك بضرب
ما من النظر العقلي ولاح له في جملة ما لاح من ذلك ان الروح الحيواني
الذي مسكنه القلب وهو الذي تقدم شرحه اولا لا بد له ايضا من
معني زايد علي جسميته بذلك المعني يصلح لان يعمل هذه الاعمال
الغريبة من ضروب الاحساسات وفنون الادراكات واصناف الحركات
وذلك المعني هو صورته وفصله الذي انفصل به عن ساير الاجسام
وهو الذي يعبر عنه النظار بالنفس الحيوانية وكذلك ايضا الشي
الذي يقوم للنبات مقام الحار الغريزي للحيوان شي يخصه هو
صورته وهو الذي يعبر عنه النظار بالنفس النباتية وكذلك ايضا
لجميع اجسام الجمادات وهي ما عدي الحيوان والنبات في عالم
الكون والفساد شي يخصها به يفعل كل واحد منها فعله الذي
يختص به مثل صنوف الحركات وضروب الكيفيات المحسوسة عنها
وذلك الشي هو صورة كل واحد منها وهو الذي يعبر النظار عنه
بالطبيعة فلما ان وقف بهذا النظر علي ان حقيقة ذلك الروح
الحيواني الذي كان تشوقه اليه ابدا مركب من معني الجسمية
ومن معني اخر زايد علي الجسمية وان معني هذه الجسمية مشترك

له

له ولساير الاجسام والمعني الاخر المقترن به ينفرد به هو وحده هان
عنده معني الجسمية فاطرحه وتعلق باله بالمعني الثاني وهو الذي
يعبر عنه بالنفس فتشوق الي التحقق به فالتزم الفكرة فيه وجعل
مبدا النظر في ذلك ان تصفح الاجسام كلها لا من جهة ما هي
اجسام بل من جهة ما هي ذوات صور تلزم عنها خواص ويتفصل بها
بعضها عن بعض فتتبع ذلك وحصره في نفسه فراي جملة من الاجسام
تشترك في صورة ما يصدر عنها فعل ما او افعال ما وراي فريقا
من تلك الجملة مع انه يشارك الجملة بتلك الصورة يزيد عليها
بصورة اخري يصدر عنها افعال ما وراي طايفة من ذلك الفريق
مع انه يشارك الفريق في الصورة الاولي والثانية * يعبر عنها بصورة
ثالثة تصدر عنها افعال ما مثال ذلك ان الاجسام الارضية كلها
مثل التراب والحجارة والمعادن والنبات والحيوان وساير الاجسام
الثقيلة هي جملة واحدة تشترك في صورة واحدة تصدر عنها الحركة
الي اسفل مالم يعقها عايق عن النزول ومتي حركت الي جهة فوق
بالقسر ثم تركت تحركت بصورتها الي اسفل وفريق من هذه
الجملة وهو النبات والحيوان مع انه يشارك الجملة المتقدمة في
تلك الصورة يزيد عليها بصورة اخري يصدر عنها التغذي والنمو
والتغذي هو ان يخلف المغتذي بدل ما تحلل منه بان يحيل
الي الشبه بجوهره مادة قريبة منه يجتذبها الي نفسه والنمو هو
الحركة

*f. بغير عنه vel pot. يزيد عليه ut inf.

corporeitatis ipsi esse cum aliis corporibus cōmunem, alteram verò notionem isti adjunctam eum sibi peculiarem habere, viluit apud eum notio corporeitatis, ipsámq; rejecit, & ipsius mens secundæ isti notioni prorsus adhæsit, quæ Animæ nomine exprimitur, cujus veram rationem assequi cupiebat, in eam ergò cogitationes suas fixit, atque initium contemplationis suæ fecit, perpendendo omnia corpora, non quatenus corpora, sed quatenus formas habentia, undè necessario fluunt proprietates, quibusque à se invicem distinguuntur: hanc verò notionem instantèr prosecutus, atque animo comprehendens, vidit universam corporum multitudinem in formâ aliquâ convenire, undè actio aliqua aut actiones aliquæ procedebant: vidit autem aliquā istius multitudinis partem, licèt cum omnibus in eâ formâ conveniret, insupèr aliam formam habere isti superadditam, à quâ actiones quædam emanabant: vidit etiam istius partis classē aliquam, licèt cū parte istâ in primâ & secundâ formâ conveniret, tertiâ formâ superadditâ ab illis distingui, undè emanarent actiones quædam: (e.g. omnia corpora terrestria, veluti terra, lapides, mineralia, plantæ, animalia, & cætera quæcunque gravia corpora, multitudinem unam constituunt quæ in eadem formâ conveniunt, à quâ profluit motio deorsum, quamdiu nihil impedit, quo minùs descendant; & cum vi aliquâ sursum moveantur, deindè sibi permittantur, formæ suæ vi tendunt deorsū: hujus autē generis pars aliqua, veluti plantæ & animalia, licèt cum præcedenti multitudine in eâ formâ conveniat, aliam insuper formam habet, à quâ fluunt nutritio & accretio. Est autem nutritio, quum illud quod nutritur substituit aliquid in locum illius quod sibi absumptum fuerit, affinem aliquam materiam, quam ad se attrahit, convertendo in substantiam suæ similem: Accretio verò est motus ad

tres

tres dimensiones secundùm justam proportionem; quod ad longitudinem, latitudinem, & profunditatem: Et hæ duæ actiones plantis & animalibus communes sunt, & proculdubiò à formâ oriuntur ambabus communi; & ea est quæ appellatur Anima vegetativa: Hujus autem partis quædam, & speciatim animalia, licèt cum parte illâ formas primam & secundam communes habeant, tertiam formam superadditam habent, à quâ proveniunt sensatio, & motus à loco ad locum.) Vidit etiam omnem peculiarem speciem animalium, proprietatem aliquam habere, quâ ab aliis speciebus separatur, atque ab iis distinguitur, & diversa fit: novitque eam à formâ aliquâ isti propriâ profluere, quæ superaddita erat notioni formæ illius, quæ illi cum aliis animalibus communis erat; atque ita idem singulis plantarum speciebus contingere: Et conspicuum ipsi erat, quod ad hæc sensibilia corpora, quæ sunt in mundo generationis & corruptionis, aliorum essentiam compositam esse ex pluribus notionibus notioni corporeitatis superadditis, & aliorum ex paucioribus: novit autem faciliorem sibi futuram pauciorum notitiam quam plurium; quæsivitque primò ut notitiam acquireret veræ rationis formæ rei alicujus, cujus essentia ex rebus paucioribus constabat. Vidit autem quod ad animalia & plantas, eorum essentiam non nisi ex pluribus notionibus constare ob varia actionum in iis genera. Distulit ergò in illorum formas inquirere. Ita etiam quod ad partes terræ, vidit alias esse aliis simpliciores; & sibi, ergò contemplandas proposuit omnium, quam fieri potuit, simplicissimas: atque ita sensit etiam aquam esse rem haud multæ compositionis, ob paucitatem actionum, quæ ab ipsius formâ proveniebant: idem etiam vidit de igne & aëre: & jam antea ipsi in mentem

subierat

الحركة في الاقطار الثلثة علي نسبة محفوظة في الطول والعرض
والعمق فهذان الفعلان عامان للنبات والحيوان ومما لا محالة صادران
عن صورة مشتركة لهما وهو المعبر عنها بالنفس النباتية وطايفة
من هذا الفريق وهو الحيوان خاصة مع انه يشارك الفريق
في الصورة الاولي والثانية بزيد عليه بصورة ثالثة يصدر عنها
الحس والتنقل من مكان الي مكان وراي كل نوع من
انواع الحيوان له خاصية ينحاز بها عن ساير الانواع وينفصل بها
متميزا عنها فعلم ان ذلك صادر له عن صورة تخصه هي زايدة عن
معني الصورة المشتركة له ولساير الحيوان وكذلك لكل واحد من
انواع النبات مثل ذلك فتبين له ان هذه الاجسام المحسوسات
التي في عالم الكون والفساد بعضها تلتيم حقيقته من معان
كثيرة زايدة علي معني الجسمية وبعضها من معان اقل وعلم ان
معرفة الاقل اسهل من معرفة الاكثر فطلب اولا الوقوف علي
حقيقة صورة الشي الذي تلتيم حقيقته من اقل الاشيا وراي ان
الحيوان والنبات لا تلتيم حقايقها الا من معان كثيرة لتفنن افعالهما
فاخر الفكرة في صورهما وكذلك ايضا راي اجزا الارض بعضها
ابسط من بعض فقصد منها الي ابسط ما قدر عليه وكذلك
ايضا راي الما انه امر قليل التركيب لقلة ما يصدر عن صورته من
الافعال وكذلك راي النار والهوا وقد كان سبق الي ظنه

 اولا

اولا ان هذه الاربعة يستحيل بعضها الي بعض وان لها شيا واحدا تشترك فيه وهو معني الجسمية وان ذلك الشي ينبغي ان يكون خلوا من المعاني التي تميز بها كل واحد من هذه الاربعة عن الاخر فلا يمكن ان يتحرك الي فوق ولا الي اسفل ولا ان يكون حارا ولا باردا ولا ان يكون رطبا ولا يابسا لان كل واحد من هذه الاوصاف لا تعم جميع الاجسام فليست اذا للجسم بما هو جسم فاذا امكن وجود جسم لا صورة فيه زايدة على الجسمية فليس تكون فيه صفة من هذه الصفات ولا يمكن ان تكون فيه صفة الا وهي تعم ساير الاجسام المتصورة بضروب الصور فنظر هل يجد وصفا واحدا يعم جميع الاجسام حيها وجامدها فلم يجد شيا يعم الاجسام كلها الا معني الامتداد الي الاقطار الثلثة الموجود في جميعها وهو الذي يعبر عنه بالطول والعرض والعمق فعلم ان هذا المعني هو للجسم من حيث هو جسم لكنه لم يتات له بالحس وجود جسم بهذه الصفة وحدها حتي لا يكون فيه معني زايد على الامتداد المذكور ويكون بالجملة خلوا من ساير الصور ثم تفكر في هذا الامتداد الي الاقطار الثلثة هل هو معني الجسم بعينه وليس ثم معني اخر ام ليس الامر كذلك فراي ان ورا هذا الامتداد معني اخر هو الذي يوجد فيه هذا الامتداد وان الامتداد وحده لا يمكنه ان يقوم بنفسه كما ان ذلك الشي الممتد لا يمكن ان يقوم بنفسه

دون

ſubierat, ex his quatuor alia in alia converti, ideóque unum aliquod eſſe quod omnia participabant, & illud eſſe notionem corporeitatis: oportere autem ut vacua eſſet res illa notionibus iſtis, quibus quatuor hæc à ſe mutuò diſtinguebantur, & neque ſurſum moveri poſſe neque deorſum, neque calidum eſſe neque frigidum, neque humidum neque ſiccum, quia nulla harum qualitatum omnibus corporibus communis eſſet; ideóque non pertineret ad corpus quatenus corpus: & ſi fieri poſſet ut reperiretur corpus, in quo nulla alia forma eſſet corporeitati ſuperaddita, nulla harum qualitatum ipſi ineſſet, & impoſſibile eſſet ut ineſſet ipſi qualitas aliqua, niſi quæ omnibus corporibus competeret formis cujuſcunque generis informatis. Perpendit ergò ſecum, an poſſet adjunctum aliquod unum reperire, quod omnibus corporibus, tam animatis quàm inanimatis, eſſet commune; nihil verò reperit quod omnibus corporibus conveniret, præter notionem extenſionis ad tres dimenſiones, quæ in omnibus reperitur: atque ea eſt quam dicunt longitudinem, latitudinem, & profunditatem: Novit ergò hanc notionem pertinere ad corpus quatenus corpus. Senſui autem illius non obtulit ſe corporis alicujus exiſtentia, quæ unum hoc adjunctum habebat, ita ut non haberet notionem aliquam, extenſioni prædictæ ſuperadditam, ſed eſſet prorſus vacua aliis formis. Tum quod ad extenſionem hanc ad tres dimenſiones, perpendit num eſſet ea ipſa notio corporis, ita ut non ineſſet alia, an ſecùs ſe res haberet: vidit autem ultra hanc extenſionem eſſe aliam notionem, quæ illud erat in quo exiſtebat hæc extenſio, & quod extenſio illa ſola non poſſet

per se subsistere, uti neque illud quod extendebatur per se subsistere poterat absq; extensione. Idem autem secum ulteriùs reputabat in quibusdam ex his corporibus sensibilibus, quæ formis prædita sunt, veluti e. g. luto; viditque illud, cum ex eo figura aliqua conficeretur, veluti sphærica, habere longitudinem, latitudinem, & profunditatem secundum aliquam proportionem: deindè verò si acciperetur ipsa illa Sphæra, & in figuram quadratam aut ovalem converteretur, mutari longitudinem, latitudinem & profunditatem istas, aliámq; proportionem habere quam prius habebant; lutum verò idem esse nec mutari, nisi quod necesse esset ut haberet longitudinem, latitudinem, & profunditatem, quacunque tandem proportione esset, nec posset ipsis prorsùs destitui; nisi quod ex successiva earum in ipso mutatione pateret ipsi esse illas notionem à [luto] diversam: quoniam autem non poterat ipsis prorsus destitui, patuit ipsi eas de illius essentia esse: ita ipsi ex hac contemplatione apparuit corpus quatenus corpus, revera ex duabus notionibus esse compositũ, quarũ altera luti locũ quod ad Sphæricã figurã in hoc exemplo supplet, altera verò sustinet vicem longitudinis, latitudinis & profunditatis, in sphærica figura, aut quadrata, aut quacunque alia figurâ; nec corpus aliquod intelligi posse, nisi ex duabus hisce notionibus conflatum: neque earum unam absque alia subsistere posse: at illam quæ mutari poterat, & successivè varias figuras induere, (erat autem illa extensio) formam referre in omnibus corporibus quæ formis prædita sunt: illam verò quæ in eodem statu permansit, (erat verò illa, quæ in præcedenti exemplo luti locum supplebat) notionem corporeitatis referre, quæ omnibus corporibus, quæ formis prædita sunt, inerat; Hoc autem quod luti loco est in hoc exemplo, illud est quod Philosophi materiam & ὕλω appellant, quæ prorsus nuda formis est. Et

دون امتداد واعتبر ذلك ببعض هذه الاجسام المحسوسة ذوات الصور
كالطين مثلا فراي انه اذا عمل به شكل ما كالكرة مثلا كان
له طول وعرض وعمق على قدر ما ثم انه ان اخذ تلك الكرة بعينها
ورد منها شكل مكعب او بيضي فيتبدل ذلك الطول وذلك
العرض وذلك العمق وتصير على قدر اخر غير الذي كانت عليه
والطين واحد بعينه لم يتبدل غير انه لا بد له من طول وعرض
وعمق على اي قدر كان ولا يمكن ان يعري عنها غير انها لتعاقبها
عليه تبين له انها معنى على حياله ولكونه لا يعرى بالجملة
عنها تبين له انها من حقيقته فلاح له بهذا الاعتبار ان الجسم بما
هو جسم مركب على الحقيقة من معنيين احدهما يقوم منه مقام
الطين للكرة في هذا المثال والاخر يقوم مقام طول الكرة وعرضها
وعمقها او المكعب او اي شكل كان له وانه لا يفهم الجسم الا مركبا
من هذين المعنيين وان احدهما لا يستغني عن الاخر لكن الذي
يمكن ان يتبدل ويتعاقب على اوجه كثيرة وهو معنى الامتداد
يشبه الصورة التي لساير الاجسام ذوات الصور والذي يثبت على
حال واحدة وهو الذي يتنزل منزلة الطين في المثال المتقدم يشبه
معنى الجسمية التي لساير الاجسام ذوات الصور وهذا الشي الذي
هو بمنزلة الطين في هذا المثال هو الذي يسميه النظار المادة
والهيولي وهي عارية عن الصور تملة فلما انتهى نظره الي هذا الحد

وفارق

وفارق المحسوس بعض مفارقة واشرف علي تخوم العالم العقلي
استوحش وحن الي ما الفه من عالم الحس فتقهقر قليلا وترك الجسم
علي الاطلاق اذ هو امر لا يدركه الحس ولا يقدر علي تناوله فاخذ
ابسط الاجسام المحسوسة التي شاهدها وهي تلك الاربعة التي قد
كان وقف نظره عليها فاول ما نظر الي الما فراي انه اذا خلي وما
تقتضيه صورته ظهر منه برد محسوس وطلب النزول الي اسفل فاذا
سخن اما بالنار واما بحر الشمس زال عنه البرد اولا وبقي فيه طلب
النزول فاذا افرط عليه بالتسخين زال عنه طلب النزول الي اسفل
وصار يطلب الصعود الي فوق فزال عنه بالجملة الوصفان اللذان
كانا ابدا يصدران عنه وعن صورته ولم يعرف من صورته اكثر من
صدور هذين الفعلين عنها فلما زال هذان الفعلان بطل حكم الصورة
فزالت الصورة المائية عن ذلك الجسم عند ما ظهرت منه افعال من
شانها ان تصدر عن صورة اخري وحدثت له صورة اخري بعد ان
لم تكن وصدر عنه بها افعال لم تكن من شانها ان تصدر عنه
وهو بصورته الاولي فعلم بالضرورة ان كل حادث فلا بد له من
محدث فارتسم في نفسه بهذا الاعتبار فاعل الصورة ارتساما علي
العموم دون تفصيل ثم انه تتبع الصور التي كان قد علمها قبل ذلك
صورة صورة فراي انها كلها حادثة وانها لا بد لها من فاعل ثم انه
نظر الي ذوات الصور فلم ير انها شي اكثر من استعداد الجسم لان
يصدر

Et cum hucusq; pertigisset ipsius contemplatio,& aliquatenus à sensibilibus recessisset, & jam mundi intellectualis confiniis appropinquasset, aliquantulũ attonitus erat,& ad illud ex mundo sensibili propendebat cui assueverat: Paululum itaq; retrocessit,& corpus in genere reliquit,quoniã res erat,quam sensus concipere non poterat,neq; ipsã comprehendere valeret;& sibi[considerand a]assumpsit simplicissima corporũ sensibiliũ,quæ viderat: Ea autẽ erant quatuor illa circa quæ dudum occupata fuerat ipsius speculatio: & primũ aquam perpendit; viditq; cum in eo statu permitteretur, quem ipsius forma exigebat, apparere in eã frigus sensibile,& propensionẽ ad deorsum movendum,cum autẽ igne aut calore solis calefacta esset,frigus primò ab ea recedere,manente interim propensione ad deorsum movendum, at ubi vehementèr calefieret,tunc itidem recedêre propensionem ad deorsum movendum, eámq; sursum niti,atq; ita universim ab ea recedere utramq; harũ qualitatũ,quæ ab ea ejusq; formâ semper emanabant: nec ulteriùs quicquam de forma ejus notum ei erat,nisi quod indè procederẽt hæ duæ actiones,& cum hæ duæ actiones ipsã deseruerant, prorsus sublata esset formæ ratio, & forma aquea ex isto corpore discederet, cum indè emanarent actiones, quibus proprium erat ab aliâ formâ oriri,& de novo oriretur alia forma, quæ ipsi priùs nõ inerat,atq; ab eâ profluerent actiones è quarũ naturâ non erat,ut indè procederent,quamdiu priori formâ informata erat. Novit autẽ necesse esse,ut omni qd de novo producitur, opus sit Producente;atq; ex hâc contẽplatione facta est in ipsius animo impressio aliqua Effectoris formæ istius,universalis & indistincta. Tum speculationẽ suã ulterius ad formas illas direxit, quarũ notitiã priùs assecutus fuerat, singillatim eas[prosequẽs.] Viditq; eas omnes de novo existere,&necessario indigere Effectore:Tum perpendebat essentias formarũ, eásq; vidit, nihil aliud esse,quã

talem corporis dispositionem, à qua actiones istæ provenirent: e.g. In aqua: siquidem ea quando vehementer calefit ad movendum sursum disponitur, & apta efficitur, éstque illa dispositio ipsius forma: Nihil enim hic adest nisi corpus, & quædam quæ sensu percipiuntur indè profluentia, quæ priùs non existebant, veluti qualitates, & motus, & Effector qui ea produxit postquam non existebant, Corporis verò aptitudo ad alios motus præ aliis est ipsius dispositio & forma: idem etiam ipsi de omnibus aliis formis apparuit. Conspicuum etiam ipsi erat, actiones quæ ab ipsis procedebant, non esse reverà ipsarum sed Effectoris, qui per illas actiones attributa illa produxit, quæ ipsis tribuuntur: (& hæc notio quæ ipsi patuit, illud est quod à Nuntio Dei dictum est, ***Ego sum auditus ejus per quem audit, & visus ejus per quem videt***, & in Textu * Alcorani, ***Vos non interemistis eos, sed Deus interemit***, & ***Tu non projecisti, sed Deus projecit.***) Cum autem ipsi constaret de Effectore hoc, quod patebat in genere & indistinctè; incessit ipsum vehemens desiderium cognoscendi illum distinctè: Quoniam verò nondum se à mundo sensibili subduxerat, cæpit Agens hoc voluntarium inter sensibilia quærere; nec tamen adhuc novit an unum esset an plura: Inspexit ergò omnia corpora quæ apud ipsum erant, illa scilicet quibus antea continuè infixa fuerat ipsius cogitatio: vidit autem omnia aliquando generari & aliquando corrumpi; & siqua non videret in totum corrumpi, vidit ipsorum partes corrumpi; e.g. quod ad aquam & terram, vidit utriusque partes ab igne corrumpi; & similiter aërem vidit à summo frigore adeo corrumpi ut indè generaretur nix, indè iterum flueret aqua: ita etiam quod ad alia corpora quæ apud ipsum erant, nullum eorum vidit, quod non existebat de novo, & indigebat Agente voluntario. Omnia itaq; ea rejecit

* Cap. Al Anphal.

&

يصدر عنه ذلك الفعل مثل الما فانه اذا افرط عليه التسخين
استعد للحركة الي فوق وصلح لها فذلك الاستعداد هو صورته
إن ليس هاهنا الا جسم واشيا تحس عنه بعد ان لم يكن مثل الكيفيات
والحركات وفاعل يحدثها بعد ان لم تكن فصاوح الجسم لبعض
الحركات دون بعض هو استعداده وصورته ولاح له مثل ذلك في
جميع الصور فتبين له ان الافعال الصادرة عنها ليست في الحقيقة لها
وانما هي لفاعل يفعل بها الافعال المنسوبة اليها وهذا المعني الذي لاح
له هو قول رسول الله صلي الله عليه وسلم كنت سمعه الذي يسمع به
وبصره الذي يبصر به وفي محكم التنزيل فلم تقتلوهم ولكن الله قتلهم
وما رميت اذ رميت ولكن الله رمي فلما لاح له من امر هذا الفاعل ما لاح
علي الاجمال دون تفصيل حدث له شوق حثيث الي معرفته علي
التفصيل ولانه بعد لم يكن فارق عالم الحس جعل يطلب هذا الفاعل
المختار من جهة المحسوسات وهو لا يعلم بعد هل هو واحد اوكثيرا
فتصفح جميع الاجسام التي لديه وهي التي كانت فكرته ابدا فيها
فراها كلها تتكون تارة وتفسد اخري وما لم يقف علي فساد جملته
وقف علي فساد اجزايه مثل الما والارض فانه راي اجزاها تفسد
بالنار وكذلك الهوا راه يفسده شدة البرد حتي يتكون منه
ثلج فيسيل ما وكذلك ساير الاجسام التي كانت لديه لم ير منها
شيا بريا عن الحدوث والافتقار الي الفاعل المختار فاطرحها كلها

وانتقلت

وانتقلت فكرته الي الاجسام السماوية وانتهي الي هذا النظر علي
راس اربعة اسابيع من منشايه وذلك ثمانية وعشرون عاما
فعلم ان السما وجميع ما فيها من الكواكب اجسام لانها ممتدة
في الاقطار الثلثة الطول والعرض والعمق لا ينفك شي منها عن هذه
الصفة وكل ما لا ينفك عن هذه الصفة فهو جسم فهي اذا كلها
اجسام ثم تفكر هل هي ممتدة الي غير نهاية وذاهبة ابدا في
الطول والعرض والعمق الي غير نهاية ام هي متناهية محدودة بحدود
تنقطع عندها ولا يمكن ان يكون وراها شي من الامتداد فتحير
في ذلك بعض حيرة ثم انه بقوة نظره وذكا خاطره راي ان جسما
لا نهاية له باطل وشي لا يمكن ومعني لا يعقل وتقوي هذا الحكم
عنده بحجج كثيرة سنحت له بينه وبين نفسه وذلك انه قال اما
هذا الجسم السماوي متناه من الجهة التي تليني والناحية التي وقع
عليها حسي فهذا لا اشك فيه لانني ادركه ببصري واما الجهة التي
تقابل هذه الجهة وهي التي يداخلني فيها الشك فاني ايضا
اعلم ان من المحال ان تمتد الي غير نهاية لاني ان تخيلت خطين
اثنين يبتديان من هذه الجهة المتناهية ويمران في سمك الجسم
الي غير نهاية حسب امتداد الجسم ثم تخيلت ان احد هذين
الخطين قطع منه جزو كبير من ناحية طرفه المتناهي ثم اخذ
ما بقي منه واطبق طرفه الذي كان فيه موضع القطع علي طرف

الخط

& ad cœlestia corpora cogitationes suas transtulit. Hucusque contemplatione suâ pervenit sub finem quarti ætatis suæ septenarii, h. e. viginti octo annorum spatio: Novit autem cœlum omnésque in illo stellas esse corpora, quæ extendebantur secundum tres dimensiones longitudinis, latitudinis, & profunditatis, nullum verò ipsorum hujus attributi expers esse; quicquid verò non est expers hujus attributi corpus esse; Illa ergò omnia esse corpora. Tum secum perpendit, num in infinitum extenderentur, & procederent in perpetuam longitudinem, latitudinem, & profunditatem, absque fine, aut haberent terminos, limitibusque coërcerentur ubi desinerent, ita ut nulla ulteriùs esse possit extensio: Hîc autem aliquantulum attonitus est: tum apprehensionis suæ vi, & intellectûs sagacitate, vidit absurdum quid esse corpus infinitum, & impossibile & notionem quæ non poterat intelligi; & hæc sententia multis argumentis ipsi confirmata est, quæ ipsi apud se occurrebant; ídque quod ita secum argueret, Corpus hoc cœleste certè] finitum est ex illâ parte quæ mihi proxima est, & sensui meo obvia, hoc minimè dubium est, quia illud visu percipio; quin & ex illâ parte, quæ huic parti opponitur, de quâ hoc in me dubium oritur, novi etiam impossibile esse ut extendatur in infinitum; quia si concipiam duas lineas ab hac parte quæ terminatur, incipientes, quæ in corporis profunditate, secundum ipsius extensionem in infinitum procedant, deinde supponam alteri duarum harum linearum magnam partem abscindi ex illâ parte cujus extremitas finita est, & tum sumatur de eâ quod superest, atque extremitas ejus in quâ facta est abscissio ista, applicetur extremitati lineæ illi-

us cui nihil abſciſſum eſt, & linea illa cui aliquid abſciſſum eſt, parallela ponatur lineæ illi cui nihil abſciſſum eſt, procedente ſimul cum ipſis intellectu ad illam partem quæ infinita eſſe dicitur, vel reperies duas lineas perpetuò in infinitum extendi, ita ut neutra aliâ brevior ſit, & ita erit illa cui aliquid abſciſſum eſt, æqualis alteri cui nihil abſciſſum eſt, quod eſt abſurdum: vel ſi non progrediatur cum ea continuè, ſed citra ejus progreſſum interrumpatur, & ſimul cum eâ extendi deſinat, erit finita, & cum reddetur ei pars illa, quæ antea abſciſſa erat, quæ erat finita, tota erit finita: tum verò brevior non erit illâ lineâ alterâ cui nihil abſciſſum eſt, neque eam excedet, erit itaque æqualis illi: hæc autem finita eſt, erit itaque etiam illa finita; ideoque & corpus in quo deſignantur tales lineæ finitum eſt; Omne enim corpus in quo deſignari poſſunt hæ lineæ finitum eſt; at in omni corpore deſignari poſſunt hæ lineæ; ideoque ſi ſtatuamus corpus infinitum, ſtatuimus quod abſurdum eſt & impoſſibile.

Et cum per egregiam ſuam indolem, quam ad tale argumentum excogitandum excitaverat, certior factus eſſet corpus cœli eſſe finitum, ſcire voluit cujus formæ eſſet, & quomodo ambientibus ſuperficiebus finiretur: ac primo Solem contemplatus, & Lunam, cæteráſque Stellas, vidit omnes ab oriente ortum habere, & in occidente occaſum, eáſque quæ ſibi à vertice tranſibant, majorem circulum deſcribere, quæ verò à puncto verticali verſus ſeptentrionem vel meridiem declinabant, vidit minorem eo circulum deſcribere; & [cujuſvis] prout à verticali puncto verſus alteram partem remotior erat, circulum

الخط الذي لم يقطع منه شي واطبق الخط المقطوع منه على الخط
الذي لم يقطع منه شي وذهب الذهن كذلك معهما الي الجهة
التي يقال انها غير متناهية فاما ان تجد الخطين ابدا يمتدان
الي غير نهاية ولا ينقص احدهما عن الاخر فيكون الذي قطع
منه مساويا للذي لم يقطع منه شي وهو محال واما ان لا يذهب
معه ابدا بل ينقطع دون مذهبه ويقف عن الامتداد معه فيكون
متناهيا فاذا رد عليه القدر الذي قطع منه اولا وقد كان متناهيا
صار كله متناهيا وحينيذ لا يقصر عن الخط الاخر الذي لم يقطع
منه شي ولا يفضل عليه فيكون اذا مثله وهذا متناه فذلك ايضا
متناه فالجسم الذي تفرض فيه هذه الخطوط متناه وكل جسم
فيمكن ان تفرض فيه هذه الخطوط متناه وكل جسم فيمكن ان
تفرض فيه هذه الخطوط فاذا ان فرضنا جسما غير متناه فقد فرضنا
باطلا ومحالا فلما صح عنده بفطرته الفايقة التي تنبها لمثل هذه
الحجة ان جسم السما متناه اراد ان يعرف على اي شكل هو
وكيف انقطاعه بالسطوح التي تحده فنظر اولا الي الشمس والقمر
وساير الكواكب فراها كلها تطلع من جهة المشرق وتغرب من
جهة المغرب فما كان منها يجوز على سمت راسه راه يقطع دايرة
عظمي وما مال عن سمت راسه الي الشمال او الي الجنوب راه يقطع
دايرة اصغر من تلك وكلما كان ابعد عن سمت الراس الي احد
الجانبين

الجانبين كانت دايرة اصغر من دايرة ما هو اقرب حتي كانت
اصغر الدوائر التي تتحرك عليها الكواكب دايرتين اثنين
احدهما حول القطب الجنوبي وهي مدار سهيل والاخري حول القطب
الشمالي وهي مدار الفرقدين ولما كان مسكنه علي خط الاستوا
الذي وصفناه اولا كانت هذه الدواير كلها قايمة علي سطح افقه
ومتشابهة الاحوال في الجنوب والشمال وكان القطبان معا ظاهرين
له وكان يرتقب اذا طلع كوكب من الكواكب علي دايرة
كبيرة وطلع كوكب اخر علي دايرة صغيرة وكان طلوعهما معا
فكان يري غروبهما معا واطرد له ذلك في جميع الكواكب وفي جميع
الاوقات فتبين له بذلك ان الفلك علي شكل الكرة وقوي ذلك
في اعتقاده ما راه من رجوع الشمس والقمر وساير الكواكب الي
المشرق بعد مغيبها بالمغرب وما راه ايضا من انها تظهر الي بصره
علي قدر واحد من العظم في حال طلوعها وتوسطها وغروبها وانها
لو كانت حركتها علي غير شكل *الكرة لكانت لا محالة في
بعض الاوقات اقرب الي بصره منها في وقت اخر ولو كان ذلك
لكانت مقاديرها واعظامها تختلف عند بصره فكان يراها في
حال القرب اعظم مما يراها في حال البعد فلما لم يكن شي من
ذلك تحققت عنده كرية الشكل وما زال يتصفح حركة القمر
فيراها اخذة * من المشرق الي المغرب وحركات الكواكب
السيارة

* f. من المغرب الي المشرق

circulum minorem esse circuli propinquioris; ita ut minimi è circulis in quibus movebantur stellæ, essent duo circuli, quorum alter circa polum Australem, nempe circulus stellæ Sohail, [i. e. Canopi] alter circa Borealem esset, nempè circulus Alpharkadain: Et cum juxta lineam Æquinoctialem habitaret, (quod prius ostendimus,) omnes hi circuli recti erant ad superficiem Horizontis ipsius, & similiter se habentes versus meridiem & Aquilonem, simulque ipsi apparuit uterque Polus; observavit etiam cum stella aliqua in majori circulo oriretur, atque alia in minori, adeo ut simul ortum haberent, videre se etiam occasum ipsarum eodem tempore esse; & hoc ita illi contigit in omnibus stellis, atque omni tempore: undè ipsi patuit cœlum esse figuræ Sphæricæ: quod & ipsi ulteriùs confirmatum est ex eo quod vidit de reditu Solis, Lunæ, & aliarum Stellarum ad orientem post ipsarum occasum in occidente, & ex eo quod omnes oculis ipsius in eadem magnitudinis proportione apparerent, & cum orirentur, & cum cœli medium tenerent, & cum occiderent: si enim illarum motus alius esset quam circularis, necessariò aliquando essent propinquiores ipsius aspectui quam aliis temporibus, & si ita esset, ipsarum dimensiones & magnitudines variæ ipsi apparerent, viderétque cum propinquiores essent, eas majores apparere, quam cum essent remotæ: cum verò nihil tale esset, indè certo illi constabat de figurâ sphærica: Non desiit autem Lunæ motum observare, viditque eam * ab oriente in occidentem ferri, atque ita etiam se habere planetarum

* *forte*, ab occidente ad orientem.

netarum motus; donec tandem manifesta esset ipsi magna scientiæ astronomicæ pars: patuit etiam ipsi eorum motus, non nisi in pluribus sphæris esse, omnibus in unâ contentis, quæ suprema est, eáque quæ cæteras omnes ab oriente in occidentem movet spatio diei & noctis: ratio autem progressus ipsius in hâc scientia explicatu longa esset, estque ea in pluribus libris divulgata, nec plus de ea ad propositum nostrum requiritur, quam quod attulimus. Et cum in scientiâ hucusque esset progressus, comperit orbem cœlestem universim, & quicquid continebat, esse tanquam unam rem ex partibus invicem conjunctis compositam, omniáque corpora quæ prius consideraverat, veluti terram, aquam, aerem, plantas, animalia, cæteráque ejusmodi omnia esse in ea contenta, nec extra illius limites egredi; totúmque illius, individuum aliquod animal quam proxime referre, & stellas in eo micantes sensibus animalis respondere, & diversas in eo sphæras invicem contiguas animalis membra referre, & quod in eo erat de mundo generationis & corruptionis, referre illa quæ sunt in ventre animalis, uti varia excrementa, atque humores, ex quibus sæpe etiam in eo generantur animalia, veluti in majori mundo generantur. Cum verò constaret ipsi omnia hæc esse reverà veluti unum aliquod subsistens, quod Agente voluntario indigebat, & multæ ipsius partes, ipsi unum aliquod esse viderentur, eodem contemplationis genere, quo corpora in mundo generabili & corruptibili esse unum quid videbantur, contemplandum sibi mundum in genere proposuit, utrum esset res quæ de novo orta est, postquam non fuerat, & è privatione in existentiam emersit, aut esset res quæ nunquam non olim extiterat, & quam nullo modo præcesserat

privatio:

السيارة كذلك حتي تبين له قدر كبير من علم الهياة وظهر له
ان حركاتها لا تكون الا بافلاك كثيرة كلها مضمنة في فلك واحد
هو اعلاها وهو الذي يحرك الكل من المشرق الي المغرب في اليوم
والليلة وشرح كيفية انتقاله في معرفة ذلك يطول وهو مبثوث في
الكتب ولا يحتاج منه في غرضنا الا الي القدر الذي اوردناه فلما
انتهي الي هذه المعرفة ووقف علي ان الفلك بجملته وما يحتوي عليه
كشي واحد متصل بعضه ببعض وان جميع الاجسام التي كان ينظر
فيها قديما كالارض والما والهوا والنبات والحيوان وما شاكلها
هي كلها في ضمنه وغير خارجة عنه وانه كله اشبه شي بشخص
من اشخاص الحيوان وما فيه من الكواكب المنيرة هي بمنزلة
حواس الحيوان وما فيه من ضروب الافلاك المتصل بعضها ببعض
هي بمنزلة اعضا الحيوان وما في داخله من عالم الكون والفساد هي
بمنزلة ما في جوف الحيوان من اصناف الفضول والرطوبات التي كثيرا
ما يتكون فيها ايضا حيوان كما يتكون في العالم الاكبر فلما تبين
له انه كله شخص واحد في الحقيقة قايم محتاج الي فاعل مختار
واتحدت عنده اجزاوه الكثيرة بنوع من النظر الذي اتحدت
به عنده الاجسام التي في عالم الكون والفساد تفكر في العالم
بجملته هل هو شي حدث بعد ان لم يكن وخرج الي الوجود من
العدم ام هو امر لم يزل موجودا فيما سلف ولم يسبقه العدم بوجه

من

من الوجوة فتشكك في ذلك ولم يترجح عنده احد الحكمين علي
الاخر وذلك انه مهما كان اذا ازمع على اعتقاده القدم اعترضته
عوارض كثيرة من استحالة وجود ما لا نهاية له بمثل القياس الذي
استحال عنده به وجود جسم لا نهاية له وكذلك ايضا كان يري
انه ما لا يخلوا من الحوادث فهو محدث وان لا يمكن تقدمه عليها
وما لا يمكن ان يتقدم علي الحوادث فهو ايضا محدث وحين ايضا
كان يزمع على اعتقاده الحدوث تعترضه عوارض اخر وذلك انه
كان يري ان معني حدوثه بعد ان لم يكن لا يفهم الا علي معني
ان الزمان تقدمه والزمان هو من جملة العالم وغير منفك عنه فاذا
لا يفهم تاخر العالم عن الزمان وكذلك كان ايضا يقول اذا كان
حادثا فلا بد له من محدث وهذا المحدث الذي احدثه لم احدثه
الان ولم يحدثه قبل ذلك الطارطري عليه ولا شي هنالك غيره ام
لتغير حدث في ذاته فان كان فما الذي احدث ذلك التغير
وما زال يتفكر في ذلك عدة سنين فتتعارض عنده الحجج
ولا يترجح عنده احد الاعتقادين على الاخر فلما اعياه ذلك جعل
يتفكر ما الذي يلزم عن كل واحد من الاعتقادين فلعل اللازم
عنهما يكون شيا واحدا فراي انه ان اعتقد حدوث العالم وخروجه
الي الوجود بعد العدم فان اللازم عن ذلك ضرورة انه لا يمكن ان
يخرج الي الوجود بنفسه وانه لا بد له من فاعل يخرجه الي الوجود
وان

privatio: maximè verò de hâc re dubitavit,& neutra harum sententiarum apud ipsum alteri præponderavit: idque quia quando æternitatem sibi credendam proponeret, multæ objectiones se opponebant, de impossibilitate existentis infiniti, pari ratione, qua ipsi impossibilis visa est corporis infiniti existentia;atq; eodem modo vidit, illud quod accidentibus de novo productis non esset vacuum,ipsum etiam de novo productum esse,siquidem non potest eis prius dici, quod autem non potest dici esse prius accidentibus de novo productis,est ipsum etiã de novo existens: Cum etiã novã ipsius productionem sibi credendam proponeret, opponebant se aliæ objectiones; idq; quoniam vidit notionẽ novæ ejus productionis postquã non exciterat,intelligi non posse, nisi supponeret tempus quod illud præcederet,tẽpus verò esse è numero rerũ quæ mundi sunt, & ab eo inseparabile, non posse itaq; intelligi mundũ esse posteriorem tempore: ita etiam secum ratiocinabatur;si de novo productus fuerit, non poterat fieri absq; producente,hic verò producens,qui eum producebat,cur nunc produxit,non verò prius? an ob aliquod quod ipsi supervenit? at nihil præter eum existebat;an ob mutationem aliquam quæ essentiæ ipsius contigit? sin ita,quid mutationẽ hanc produxit? non desiit autẽ hæc secum per annos aliquot perpendere, & multa se illi argumenta obtulerunt, ita ut neutra harum sententiarum alteri apud ipsum præponderaret. Cum ergò hoc ipsi difficile esset,secum reputare cæpit, quid necessariò utramque harum sententiarum consequeretur; eadem enim fortassis esset utriusq; consequentia; viditque quod si supponeret mundum de novo productum fuisse, & post privationem existentiam habuisse, necessariò indè sequeretur, mundum vi sua non potuisse in existentiam prodire, sed necessariò requirere Effectorem; qui ipsum in actum produceret;

 illum

illum autem Effectorem à nullo sensuum percipi posse; si enim sensuum aliquo percipi posset, esset corpus aliquod, si verò esset corpus aliquod, esset è rebus ad mundum pertinentibus, atq; ita existentiam suam de novo haberet, & aliquo indigeret, qui ipsum de novo produceret, & si secundus hic producens etiam corpus esset, tertio indigeret qui ipsum produceret, & tertius ille quarto, atque ita procederet illud in infinitum, quod absurdum esset; ideoque mundum debere necessariò Effectorem habere qui non sit corpus; & cum nõ sit corpus, nec ullã esse rationẽ ipsũ sensuũ aliquo percipiendi (Quinque enim sensus nihil præter corpora apprehendunt, aut quæ corporibus adhærent;) cum autem sensu percipi nequeat, neque posse imaginatione comprehendi; (imaginatio enim nihil aliud est quam repræsentatio formarum rerum sensu perceptarum, postquam res ipsæ abfuerint) & cum non sit corpus, neque ipsi tribui posse ullas corporis proprietates; prima autem corporis proprietas est extensio isthæc in longitudinem, latitudinem, & profunditatem, longè autem ab hâc abesse ipsum, omnibúsque corporum adjunctis proprietatem hanc consequentibus; & cum sit mundi efficiens, in eum proculdubio potestatem habere, eumque notum habere; *Annon cognoscet qui creavit? est enim cognitione summus & omniscius.*

Vidit etiam quod si æternitatem mundi crederet, eúmq; semper ita fuisse uti nunc est, & nullam privationem præcessisse, necessariò indè sequi ipsius motum esse ab æterno, absq; termino qd ad principiũ, cum nulla quies præcederet, undè sumeret initium: omnis autẽ motus necessario movens aliquod postulat, & movens illud erit vel potentia aliqua in corpore aliquo diffusa, sc. vel in corpore rei illius quæ movetur, aut corpore aliquo alio quod extra illud est; vel potentia aliqua quæ non diffunditur & dispergitur in aliquo

وان ذلك الفاعل لا يمكن ان يدرك بشي من الحواس لانه لو ادرك
بشي من الحواس لكان جسما من الاجسام ولو كان جسما من
الاجسام لكان من جملة العالم وكان حادثا واحتاج الي محدث
ولو كان ذلك المحدث الثاني ايضا جسما لاحتاج الي محدث
ثالث والثالث الي رابع ويتسلسل ذلك الي غير نهاية فبطل فاذا
لا بد للعالم من فاعل ليس بجسم واذا لم يكن جسما فلا سبيل
الي ادراكه بشي من الحواس لان الحواس الخمس لا تدرك الا الاجسام
او ما يلحق الاجسام واذا لم يمكن ان يحس فلا يمكن ان يتخيل
لان التخيل ليس شيا الا احضار صور المحسوسات بعد غيبها واذا لم
يكن جسما فصفات الاجسام كلها تستحيل عليه واول صفات
لاجسام هذا الامتداد في الطول والعرض والعمق وهو منزه عن ذلك
وعن تبع ما يتبع هذا الوصف من صفات الاجسام وان كان فاعلا
للعالم فهو لا محالة قادر عليه وعالم به الا يعلم من خلق وهو اللطيف
الخبير وراي ايضا انه ان اعتقد قدم العالم وانه لم يزل كما هو
وان العدم لم يسبقه فان اللازم عن ذلك ان حركته قديمة لا نهاية
لها من جهة الابتدا اذ اذا هي لم يسبقها سكون يكون مبدوها منه وكل
حركة فلا بد لها من محرك ضرورة والمحرك اما ان يكون قوة
سارية في جسم من الاجسام اما جسم المتحرك نفسه واما جسم
اخر خارج عنه واما ان يكون قوة ليست سارية ولا شايعة في جسم
وكل

وكل قوة سارية في جسم وشايعة فيه فانها تنقسم بانقسامه وتتضاعف
بتضاعفه مثل الثقل في الحجر مثلا وهو حركه الي اسغل فانه ان
قسم الحجر بنصفين انقسم ثقله بنصفين وان زدن عليه اخر مثله زاد
في الثقل اخر مثله فان امكن ان يتزيد الحجر ابدا الي غير نهاية
كان تزيد هذا الثقل الي غير نهاية وان وصل الحجر الي حد ما
من العظم ووقف وصل الثقل ايضا الي حد ما ووقف لكنه قد تبرهن
ان كل جسم فانه لا محالة متناه فاذا كل قوة في جسم فهي
لا محالة متناهية فان وجدنا قوة تفعل فعلا لا نهاية له فهي قوة
ليست في جسم ووجدنا الفلك يتحرك ابدا حركة لا نهاية لها ولا
انقطاع ان فرضناه قد يما لا ابتدا له فالواجب علي ذلك ان تكون
القوة التي تحركه ليست في جسمه ولا في جسم خارج عنه فهي اذا لشي
بري عن الاجسام وغير موصوف بشي من اوصاف الجسمية وقد
كان لاح له في نظره الاول في عالم الكون والفساد ان حقيقة وجود
كل جسم انما هي من جهة صورته التي هي استعداده لضروب
الحركات وان وجوده الذي له من جهة مادته وجود ضعيف
لا يكاد يدرك فاذا وجود العالم كله انما هو من جهة
استعداده لتحريك هذا المحرك البري عن المادة وعن صفات
الاجسام المنزه عن كل ما يدركه حس او يتطرق اليه خيال *سبحنه
وادا كان فاعلا لحركات الفلك علي اختلاف انواعها لا تفاوت فيه ولا سبحانه
فطورا

Et primò genera rerum illarum perpendit quibus vescebatur, viditq; illarum triã esse genera, *viz.* aut [esse] plantas quæ nondum plenè maturæ erant, nec summam perfectionem attigerant, quales erant olerum recentium species, quibus quis vesci possit; aut fructus plantarũ quæ perfectæ & maturæ erant, & semen suũ produxerant, ut indè aliæ ejusdẽ

generis

generis produci possent; (& hæc fructuum genera erant recentium & siccorum) aut animal aliquod quod comedi solet, sive ex terrestribus sive marinis; jam autē apud ipsum certum erat; hæc omnia facta esse ab Ente illo necessariò existente, in appropinquatione ad quod vidit felicitatem suam collocari, & cui assimilari desiderabat; & fieri non posse, quin illa comedere impedimento ipsis esset, quò minùs perfectionem suam attingerent, & intercederet inter ea & finem ipsis propositum; quod esset se opponere operationi agentis, atque fore oppositionem hanc contrariam propinquitati isti, & conformitati ad illud quam quærebat: e itaq; optimè facturum, (si fieri posset) ut à victu prorsùs bstineret: at cum hoc fieri non posset, viderétque omninodam ab eo abstinentiam ad corporis sui interitū tendee, quæ major esset adversùs creatorem suum repugnantia uam prior, cum ipse nobilior esset rebus illis, quarum ineritus ipsi durationis causa esset, optimum judicavit x duobus malis minimum eligere, permisitque sibi miniıām repugnantiam; visum itaq; ipsi est ex his generibus, i [alia] abessent, sumendum sibi quodcumque ad manum sset, eâ mensurâ quæ postea sibi competere videretur; uod si adessent omnia, tunc oportere ut secum deliberaet, & ex iis eligeret illud, quo sumpto non magna oriretur dversus operationem creatoris oppositio; quale erat pula in fructibus qui summam suavitatem consequuti erant quorum semina in ipsis essent ad similes producendos pta, eo pacto ut semina conservaret, eáque nec ederet, nec orrumperet, nec in loca projiceret, quæ plantis ferendis on erant idonea, veluti saxa lævia, terram salsam, & simia; quod si tales fructus reperire non posset, quæ pulpam abebant nutritioni aptam, veluti poma, pyra, pruna, & ujusmodi; tum sumendum vel ex fructibus, qui nihil esui

aptum

الفواكه رطبها ويابسها واما حيوان من الحيوانات التي يغتذي به
اما البرية واما البحرية وكان قد صح عنده ان هذه الاجناس كلها من
فعل ذلك الموجود الواجب الوجود الذي تبين له ان سعادته في
القرب منه وطلب التشبه به ولا محالة ان الاغتذا بها مما يقطع بها عن
كمالها ويحول بينها وبين الغاية المقصودة بها فكان ذلك اعتراض
على فعل الفاعل وهذا الاعتراض مضاد لما يطلبه من القرب منه والتشبه
به فراي ان الصواب كان له لو امكن ان يمتنع عن الغذا جملة واحدة لكنه
لما لم يمكنه ذلك وراي انه ان امتنع عنه ال ذلك الي فساد جسمه
فيكون ذلك اعتراضا على فاعله اشد من الاعتراض الاول ان هو اشرف
من تلك الاشيا الاخر التي يكون فسادها سببا لبقايه فاستسهل
ايسر الضررين وتسامح في اخف الاعتراضين وراي ان ياخذ من هذه
الاجناس ان عدمت ايها تيسر له بالقدر الذي يتبين له بعد هذا فاما
ان كانت كلها موجودة فينبغي له حينين ان يتثبت ويتخير
منها ما لم يكن في اخذه كبير اعتراض على فعل الفاعل وذلك
مثل لحوم الفواكه التي قد تناهت في الطيب وصلح ما فيها من
البزر لتوليد المثل على شرط التحفظ بذلك البزر الا ياكله ولا يفسده
ولا يلقيه في موضع لا يصلح للنبات مثل الصفي والسبخة ونحوها
فان تعذر عليه وجود مثل هذه الثمرات ذات اللحم الغاذي كالتفاح
والكمثري والاجاص ونحوها كان له عند ذلك ان ياخذ اما من

الثمرات التي لا يغذوا منها الا نفس البزر كالجوز والقسطل واما من
البقول التي لم تصل بعد حد كمالها والشرط عليه في هذين ان
يقصد اكثرها وجودا واقواها توليدا وان لا يستاصل اصولها ولا
يفني بزرها فان عدم هذه فله ان ياخذ من الحيوان او من بيضه
والشرط عليه في الحيوان ان ياخذ من اكثره وجودا ولا يستاصل
منه نوعا باسره فهذا ما راه في جنس ما يغتذي به واما المقدار
فراي ان يكون بحسب ما يسد خلة الجوع ولا يزيد عليها واما
الزمان الذي بين العودات فراي انه اذا اخذ حاجته من الغذا
ان يقيم عليه ولا يعترض لسواه حتي يلحقه ضعف يقطع به عن
بعض الاعمال التي تجب عليه في التشبه الثاني وهي التي ياتي
ذكرها بعد هذا فاما ما تدعوا اليه الضرورة في بقا الروح الحيواني
مما يقيه من خارج فكان الخطب فيه عليه يسيرا اذ كان
مكتسيا بالجلود وقد كان له مسكن يقيه مما يرد عليه من
خارج فاكتفي بذلك ولم ير الاشتغال به والتزم في غذايه القوانين
التي رسمها لنفسه وهي التي تقدم شرحها ثم اخذ في العمل الثاني
وهو التشبه بالاجسام السماوية والاقتدا بها والتقيل لصفاتها وتتبع
اوصافها فانحصرت عنده في ثلثة اضرب الضرب الاول اوصاف لها
بالاضافة الي ما تحتها من عالم الكون والفساد وهي ما تعطيه اياه
من التسخين بالذات والتبريد بالعرض والاضاة والتلطيف
والتكثيف

aptum præter ipsum semen habebant, quales erant juglandes, nuces castaneæ, vel ex herbis quæ nondum summam maturitatem attigerant; hoc pacto ut ex utroque genere illa sumeret, quorum major erat copia, & similia producendi potentia; ipsa autem neq; radicitùs evelleret, nec illorum semina corrũperet; quod si hæc deessent, tum sumendũ sibi ex animalibus aut ipsorum ovis, hoc pacto quod ad animalia, ut illa sumeret, quorum maxima erat copia, ita ut nullam speciem penitùs deleret: & hæc erant, quæ sibi quod ad victûs genera, observanda judicaverat. Et quod ad quantitatem, vidit eam sibi observandam, quæ fami explendæ sufficeret, ita ut ipsam non excederet: & quod ad spatium quod inter repetitas vices intercederet, optimum judicavit, ut cum tantum cibi sumpsisset quantum sufficeret, eo [contentus] maneret, neq; alium quæreret, donec eveniret ipsi infirmitas aliqua, quæ ipsum impediret ab actionum ad secundã conformitatem spectantiũ, quæ eæ sunt, quas memoraturus sum, aliquâ peragendâ. Sed quod ad illa quæ postulabat necessitas ad conservationem spiritûs animalis, ex iis quæ illum ab extra tuerentur, res erat ipsi non magnæ difficultatis, cum pellibus tectus esset, & habitaculũ haberet, qd illum à rebus extrinsecùs advenientibus protegebat, & hæc ipsi sufficiebant, & supervacuum putabat, ut ea ulteriùs curaret: in vescendo autem regulas eas observabat, quas sibi præscripserat, eas nempè quas priùs declaravimus.

Tum se ad secundam operationem applicuit, quæ erat conformitas ad corpora cœlestia, & eorum imitatio, & ut ipsorum proprietates in se referret: eorum autem attributa cum [animo] prosecutus esset, videbantur ipsi sub triplici genere comprehendi. primum genus erat attributorum quæ ad ea pertinebant cum respectu ad inferiora, in mundo generabili & corruptibili, quæ erant calor quem ipsis impertiebant per se & frigus qd per accidens, & lux, & rarefactio,

& condenſatio, unà cum rebus aliis quas in iis efficiunt, per quas diſponuntur ad [recipiendos in ſe] formarum ſpiritualium influxus, ab Agente illo neceſſariò exiſtente. Secundum genus erat attributorum, quæ ipſis in ſe conveniebāt, veluti, qd eſſent pellucida, ſplendida, & pura, à fæcibus, & omnibus impuritatis generibus, ſemota, qd circularitèr moverentur, alia circa ſuum centrum, alia circa aliorum centra. Tertiū genus erat attributorum, quæ habebant cum reſpectu ad Ens illud neceſſariò exiſtens, e.g. quod illud perpetuâ viſione intuerentur, neq; ſe ab eo averterent, ſed illud ſemper ſpectarent, & in eo quod illud ſtatueret, occupata eſſent, eſſéntq; perpetuò in peragendâ ipſius voluntate morigera, neq; moverentur, niſi ex ipſius voluntate, & per ipſius potentiam. In unoquoq; ergò horum trium generum ſimilis eorum fieri ſummâ operâ nitebatur: quod ad primum genus, ipſius conformitas in eo ſita erat, quod ita ſe compararet, ut nullum animal aut plantam videret re aliquâ carere, aut noxâ, vel damno, & impedimento aliquo laborare, quæ ille ab ipſis amovere poterat, quin illud amoveret: & cum oculos in plantam aliquam injiceret, quam aliquid interveniens à ſole impediebat, aut cui alia aliqua herba adhærebat, quæ ipſi noceret, aut eâ ariditate laboraret, quæ ipſi interitum minaretur, amoveret quicquid interpoſitū eſſet, ſi tale eſſet, ut poſſet amoveri, & ſepararet ab eâ illud qd nocebat, eo modo, ut neq; illi noceret, quod alteri nocuerat: & ſæpè rigaret eā quatenùs id facere poſſet, cumque in animal aliquod oculos conjiceret, quam fera aliqua ſectaretur, aut quæ laqueo eſſet impedita, aut cui ſentes adhæſerant, aut in cujus oculos aurésve, noxium aliquod inciderat, aut quod ſitis famésve occupaverat, hæc omnia ſūmis viribus amovenda in ſe ſuſcepit, cibúmq; ipſi & potū præberet, & cū aquā aliquā cerneret, quæ ad irrigandā plātam aliquam, aut animal, fluebat, ſi impedimentum aliquod ipſius

والتكثيف الي ساير ما تفعل فيه من الامور التي بها يستعد
لفيضان الصور الروحانية عليه من عند الفاعل الواجب الوجود
والضرب الثاني اوصاف لها في ذاتها مثل انها شفافة ونيرة وطاهرة
منزهة عن الكدر وضروب الرجس ومتحركة بالاستدارة بعضها
على مركز نفسها وبعضها على مركز غيرها والضرب الثالث
اوصاف لها بالاضافة الي الموجود الواجب الوجود مثل انها تشاهده
مشاهدة دايمة ولا تعرض عنه وتتشوق اليه وتتصرف بحكمه وتتسخر
في تتميم ارادته ولا تتحرك الا بمشيته وفي قبضته فجعل يتشبه بها
جهده في كل واحد من هذه الثلاثة الاضرب فاما الضرب الاول
فكان تشبهه بها فيه ان الزم نفسه الا يري ذا حاجة او عاهة او مضرة
او عايق من الحيوان او النبات وهو يقدر على ازالتها عنه الا ويزيلها
فمتي وقع بصره على نبات قد حجبه عن الشمس حاجب اوتعلق
به نبات اخر يوذيه او عطش عطشا يكاد يفسده ازال عنه ذلك
الحاجب ان كان مما يزول وفصل بينه وبين ذلك الموذي بفاصل
لا يضر الموذي وتعهده بالسقي ما امكنه ومتي وقع بصره على
حيوان قد ارهقه سبع او نشب في انشوطة اوتعلق به شوك او سقط
في عينيه أو اذنيه شي يوذيه او مسه ظما او جوع تكفل بازالة
ذلك كله عنه جهده واطعمه وسقاه ومتي وقع بصره على ما يسيل
الي سقي نبات او حيوان وقد عاقه عن ممره ذلك عايق من حجر

سقط

سقط فيه او جرف انهار عليه ازال ذلك كله عنه وما زال يمعن
في هذا النوع من ضروب التشبيه حتي بلغ فيه الغاية واما
الضرب الثاني فكان تشبهه بها فيه ان الزم نفسه دوام الطهارة
وازالة الدنس والرجس عن جسمه والاغتسال بالما في اكثر الاوقات
وتنظيف ما كان من اظفاره واسنانه ومغابن بدنه وتطييبها بما
امكنه من طيب النبات وصنوف الادخنة العطرة وتعهد لباسه
بالتنظيف والتطييب حتي كان كله يتلالا حسنا وجمالا ونظافة
وطيبا والتزم مع ذلك ضروب الحركة علي الاستدارة فتارة كان
يطوف بالجزيرة ويدور علي ساحلها ويسيح باكنافها وتارة كان
يطوف ببيته او ببعض الكدي ادوارا معدودة اما مشيا واما هرولة
وتارة يدور علي نفسه حتي يغشي عليه واما الضرب الثالث فكان
تشبيهه بها فيه بان كان يلازم الفكرة في ذلك الموجود الواجب
الوجود ثم يقطع علايق المحسوسات ويغمض عينيه ويسد اذنيه
ويضرب جهده عن تتبع الخيال ويروم بمبلغ طاقته الا يفكر في
شي سواه ولا يشرك به احدا ويستعين علي ذلك بالاستدارة علي
نفسه والاستحثاث فيها فكان اذا اشتد في الاستدارة غابت عنه
جميع المحسوسات وضعف الخيال وساير القوي التي تحتاج الي
الالات الجسمانية وقوي فعل ذاته التي هي بريئة من الجسم فكانت
في بعض الاوقات فكرته قد تخلص عن الشوب ويشاهد بها الموجود
الواجب

ipsius cursum interrumperet, sive lapis aliquis qui inciderat, sivè aliquid à fluvio delatum, hæc omnia amoveret; neque desiit in hoc genere conformitatis progredi, donec summam in eo perfectionem attigerat.

Quod ad secundam speciem, illius ad ea assimilatio in hoc sita erat, ut se in perpetuâ munditie conservaret, omnem impuritatem sordésque à corpore suo amovendo, & semet aquâ sæpius abluendo, & ungues, dentésque purgando, & abditas etiam corporis partes, eas herbis benè olentibus, quatenùs fieri poterat, & variis generibus thymiamatum odorans, & vestes sæpè mundando, eásque suffiendo, donec splendore, pulchritudine, munditie, bonóque odore totus niteret: motuum insuper circularium variis speciebus utebatur, aliquando insulam ambiens, ipsiúsq; littus obambulans, & extrema circumiens, & nonnunquam domum suam circumdans, aut saxum aliquod variis circuitibus, sive incedendo, sive currendo, & aliquando se circumrotans, donec ipsum occuparet vertigo.

Quod ad tertiam speciem, assimilatio ipsius ad ea in eo sita erat, ut cogitationes suas in Ens illud necessariò existens defigeret; & tum à se amoliretur omnia rerum sensibilium impedimenta, & oculos clauderet, & aures suas obturaret, & summis viribus se ab imaginatione sectanda cohiberet, & quantum poterat niteretur, ut nihil præter ipsum cogitaret, neq; aliud quid unâ cum eo admitteret; eâ autem in re se promovere studuit se circumrotando, séque ad illud excitando, factúmque est, ut cùm se rapidè circumageret, sensibilia omnia protinùs evanescerent, & phantasia ipsius reliquæque facultates, quibus instrumentis corporeis opus erat, languescerent, & essentiæ suæ actio, quæ à corpore immunis erat, invalesceret, adeo ut aliquando pura esset à mixturâ ipsius cogitatio, atque eâ perciperet Ens illud

necessario existens; at deindè corporeæ facultates iterum redeuntes hunc ipsius statum interrumperent, ipsúmque ad infimum gradum reducerent, adeò ut in pristinum statum rediret. Quod si invaletudo aliqua quæ ipsum à proposito suo impediebat ipsum corriperet, aliquod cibi genus sumeret secundum leges supradictas, ac tum se reciperet ad statum quo assimilaretur corporibus cœlestibus, in tribus suprà memoratis generibus; atque illi aliquam diu intentus maneret, séque facultatibus corporeis opponeret, ipsis se ei invicem opponentibus, iisque reluctaretur, illis etiam ipsi reluctantibus; atque istis temporibus quibus eas superabat, & cogitationes suas à mixturâ puras habebat, apparere ipsi aliquid de statu illorum, qui tertiam assimilationem attigerant. Tum tertiam assimilationem quærere cœpit, illamque assequi conatus est, & perpendit attributa Entis illius necessario existentis. Manifestum autem ipsi fuerat tempore speculationis theoreticæ, antequam praxin aggrederetur, esse illa duplicis generis, aut affirmativa, qualia sunt scientia, potentia, & sapientia; aut negativa, ut est à rebus corporeis immunitas, & ab iis quæ eas consequuntur, & ab iis dependent, licèt è longinquo; quin & in affirmativis attributis postulari etiam hanc immunitatem, adeò ut nihil ipsis insit ex attributis corporeis, è quorum numero est multiplicitas, ideóque non multiplicetur ipsius essentia per affirmativa hæc attributa, omnia autem ad unam notionem redeant, quæ est veritas ipsius essentiæ. Accinxit ergò se ad perpendendum, quomodo ipsi similis fieri posset in utroque horum generum: Quod ad affirmativa attributa, cum sciret omnia redire ad veritatem essentiæ ipsius, & nullam quocunque modo inesse ipsis multiplicitatem, cum multiplicitas sit ex attributis corporis, sciretque scientiam ipsius essentiæ suæ non esse notio-

الواجب الوجود ثم تكر عليه القوي الجسمانية فتفسد عليه
حاله وترده الي اسفل سافلين فيعود من ذي قبل فان
لحقه ضعف يقطع به عن غرضه تناول بعض الاغذية علي
الشرايط المذكورة ثم انتقل الي شانه من التشبه بالاجسام
السماوية بالثلثة الاضرب المذكورة وداب علي ذلك مدة وهو
يجاهد قواه الجسمانية وتجاهده وينازعها وتنازعه * في الاوقات   *f. وفي
التي يكون له عليها الظهور وتتخلص فكرته عن الشوب
يلوح له شي من احوال اهل التشبه الثالث ثم جعل يطلب
التشبه الثالث ويسعي في تحصيله فنظر في صفات الموجود الواجب
الوجود وقد كان تبين له في حين نظره العلمي قبل الشروع في
العمل انها علي ضربين اما * صفت اثبات كالعلم والقدرة والحكمة   *f. صفة
واما صفة سلب كتبرئة عن الجسميات ولواحقها وما يتعلق بها
ولو علي بعد وان صفات الاثبات يشترط فيها هذا التنزيه حتي
لا يكون فيها شي من صفات الاجسام التي من جملتها
الكثرة فلا تتكثر ذاته بهذه الاوصاف الاثباتية بل ترجع كلها
الي معني واحد هي حقيقة ذاته فجعل يطلب كيف يتشبه
به في كل واحد من هذين الضربين فاما صفات الايجاب
فلما علم انها كلها راجعة الي حقيقة ذاته وانه لا كثرة فيها بوجه
من الوجوه اذ الكثرة من صفات الاجسام وعلم ان علمه بذاته ليس

معني زايد علي ذاته بل ذاته هو علمه بذاته وعلمه بذاته هو ذاته
تبين له انه ان امكنه هو ان يعلم ذاته فليس ذلك العلم الذي
علم به ذاته معني زايدا علي ذاته بل هو هو فراي ان التشبه به
في صفة الايجاب هو ان يعلمه فقط دون ان يشرك به شيا من
صفات الاجسام فاخذ نفسه بذلك واما صفات النفي فانها كلها
راجعة الي التنزه عن الجسميات فجعل يطرح اوصاف الجسمانية
عن ذاته وكان قد اطرح منها كثيرا في رياضته المتقدمة التي كان
ينحو بها التشبه بالاجسام السماوية الا انه بقي منها بقايا كثيرة
كحركة الاستدارة والحركة من اخص صفات الاجسام وكالاعتنا
بامر الحيوان والنبات والرحمة لهما والتهمم بازالة عوايقهما فان
هذه ايضا من صفات الاجسام اذ لا يراها اولا الا بقوة هي جسمانية ثم
يكدح في امرها بقوة جسمانية ايضا فجعل ياخذ في طرح ذلك
كله عن نفسه اذ هي بجملتها مما لا يليق بهذه الحال التي يطلبها
الان وما زال يقتصر علي السكون في قعر مغارته مطرقا غاضا بصره
معرضا عن جميع المحسوسات والقوي الجسمانية مجتمع الهم والفكرة
في الموجود الواجب الوجود وحده دون شركة فمتي سنح لخياله
سانح سواه طرده عن خياله جهده ودافعه وراض نفسه علي ذلك
وداب فيه مدة طويلة فربما تمر عليه عدة ايام لا يتغذي فيها ولا يتحرك
وفي خلال شدة مجاهدته هذه ربما كانت تغيب عن ذكره وفكره

جميع

nem ipſius eſſentiæ ſuperadditam, ſed ipſius eſſentiam eſſe ſcientiam ſuam eſſentiæ ſuæ,& ſcientiam ſuam eſſentiæ ſuæ eſſe ipſius eſſentiam; apparuit ipſi, ~~quod~~ ſi cognoſcere poſſet ipſe ejus eſſentiam, ſcientiam iſtam,per quam eſſentiam ejus cognoſceret, non fore notionem eſſentiæ ejus ſuperadditam, ſed ipſiſſimam eandem futuram: & videbatur ipſi inſuper aſſimilationem ſuam ad illud in attributo aliquo affirmativo in hoc ſitam ut ipſum ſolũ cognoſceret, nihil unà cum illo ex attributis corporeis admittendo. Mentem ergò ſuam huic rei intentam habuit: Sed quod ad attributa negativa,omnia eò tendere,ut ſeparationem à rebus corporeis denotent: cæpit itaq; omnia corporeitatis attributa ab eſſentiâ ſuâ abjicere; & jam eorum multa priori illâ diſciplinâ amoverat,per quam conatus eſt ſe corporibus cœleſtibus aſſimilare; niſi quod multæ adhuc manerent eorum reliquiæ, veluti motio circularis,(eſt autem motus è maximè propriis corporum attributis) & animalium plantarúmque cura, eorũmque commiſeratio, & ſtudium impedimenta ab iis amovendi (cum hæc etiam eſſent ex attributis corporum, quia illa prius non viderat, niſi per facultatem corpoream,& illis deindè præſtandis per facultatem corpoream operam dedit) Hæc ergò omnia aggreſſus eſt à ſe amoliri, cum omnia eſſent ex iis rebus quæ non conducerent ad ſtatum illum quem nunc quærebat; nec deſiit ſeſe [eatenus] cohibere,ut in imo ſpeluncæ quietus ſederet,capite inclinato; oculis demiſſis, ſeque à rebus ſenſibilibus omnibus, & facultatibus corporeis, avertens,mente & cogitationibus uni huic neceſſariò exiſtenti intentis,nec quicquã aliud admittens: & cum aliud quippiam ſe phantaſiæ ipſius forte offerret,ſummis viribus illud ab imaginatione ſuâ repulit, ipſumq; rejecit; & in hoc ſe exercuit,illudq; agere diu perſtitit, adeò ut nonnunquam tranſirent ipſi plures dies in quibus victûs nihil ſumeret neq; ſe moveret: & dum ſtudium hoc vehemens ipſi incumberet, ſæpè ipſi è memoria, & cogitatione excidere

omnes essentiæ præter suam: illa autem ab eo non amovebatur, eo tempore quo visione Entis illius primi, veri necessariò existentis, profundè immergebatur, & hoc ipsum malè habuit, cum sciret hoc etiam mixturam esse in simplici illa visione, & alterius admissionem in isto intuitu; nec desiit conari, ut ipse à se evanesceret, & totus esset in visione istá veri illius Entis donec illud esset assecutus; & cœli, & terra, & quæ inter ea sunt, & omnes formæ spirituales, & facultates corporeæ, & omnes facultates à materiâ separatæ, quæ sunt essentiæ illæ quæ notitiam habent entis illius, ex ipsius memoriâ & cogitationibus subducerentur, quin & inter illas essentias etiam sua ipsius essentia subducta est, omniáque ad nihilum redacta evanuere, & facta sunt tanquam segregatæ atomi; nec quicquam [apud eum] manebat præter [illum qui est] Unus, Verus, Ens existentiæ permanentis, atque ita locutus est ipse dicto suo; (quod non est notio ipsius essentiæ superáddita) * *Cui nunc est regnum? Uni Omnipotenti Deo.* quæ verba ejus intellexit & vocem ipsius audivit, neque sermonis ignorantia, neç quod loqui nesciret, impedivit ipsum, quò minùs ipsum intelligeret; itaq; in hunc statum suum prófundè se immersit, viditq; illud, quod neq; oculus vidit, neq; audivit auris, neq; venit in cor hominis [ut illud conciperet.]

* *Alc.x. Gapher.*

Jam verò cogitationes tuas ne intendas descriptioni rei illius quæ corde hominis non concipitur. Multa enim ex rebus illis quæ cordibus hominum concipiuntur, difficulter exprimuntur, quantò magis res illa, quam corde concipiendi nulla est via, quæque neq; ex mundo ipsius est, neq; intra illius limites? Per cor autem non intelligo corpus cordis, neque spiritum qui est in ipsius cavitate; sed per illud intelligo formam illius spiritûs qui per facultates suas in corpore hominum se diffundit. Unumquodque enim ex his tribus cor dicitur; nulla autem est ratio quâ ab aliquo ex his tribus res ista concipiatur, neque explicatio haberi potest, nisi ejus quód corde

concipitur

تميع الذوات الا ذاته فاذها كانت لا تغيب عنه في وقت استغراقه
بمشاهدة الموجود الاول الحق الواجب الوجود فكان يسوءه ذلك
ويعلم انه شوب في المشاهدة المحضة وشركة في الملاحظة وما زال
يطلب الفنا عن نفسه والاخلاص في مشاهدة الحق حتي تاتي
له ذلك فغابت عن ذكره وفكره السموات والارض وما بينهما وتميع
الصور الروحانية والقوي الجسمانية وتميع القوي المفارقة للمواد
التي هي الذوات والعارفة بالموجود وغابت ذاته في تملة الذوات
وتلاشي الكل واضمحل وصار هبا منثورا ولم يبق الا الواحد الحق
الموجود الثابت الوجود وهو يقول بقوله الذي ليس معني زايدا
علي ذاته لمن الملك اليوم لله الواحد القهار ففهم كلامه وسمع
نداه ولم يمنعه عن فهمه كونه لايعرف الكلام ولا يتكلم واستغرق
في حالته تلك وشاهد ما لا عين رات ولا اذن سمعت ولا خطر علي
قلب بشر فلا تعلق قلبك بوصف امر لم يخطر علي قلب بشر فان
كثيرا من الامور التي قد تخطر علي قلوب البشر قد يتعذر
وصفها فكيف بامر لا سبيل الي خطوره علي القلب ولا هو من عالمه
ولا من طوره ولست اعني بالقلب جسم القلب ولا الروح الذي في
تجويفه بل اعني به صورة تلك الروح الفايضة بقواها علي بدن
الانسان فان كل واحد من هذه الثلثة قد يقال له قلب ولا سبيل
لخطور ذلك الامر علي واحد من هذه الثلثة ولا تتاتي العبارة

الا

الاعن ما خطر عليها ومن رام التعبير عن تلك الحال فقد رام مستحيلا وهو بمنزلة من يريد ان يذوق الالوان المصبوغة من حيث هي الوان. ويطلب ان يكون السواد منها حلوا اوحامضا لاكنا مع ذلك لا نخليك عن اشارات نومي بها الي ما شاهده من عجايب ذلك المقام على سبيل ضرب المثال لا على سبيل قرع باب الحقيقة اذ لا سبيل الي التحقق بما في ذلك المقام الا بالوصول اليه فاصغ الان بسمع قلبك وحدق ببصر عقلك الي ما اشير اليه لعلك ان تجد منه هديا يلقيك علي جادة الطريق وشرطي عليك الا تطلب مني في هذا الوقت مزيد بيان بالمشافهة على ما اودعه هذه الاوراق فان المجال ضيق والتحكم بالالفاظ على امر ليس من شانه ان يلفظ به خطر ثم اقول انه لما فني عن ذاته وعن جميع الذوات ولم يرفي الوجود الا الواحد الحي القيوم وشاهد ما شاهد ثم عاد الي ملاحظة الاغيار عند ما افاق من حاله تلك التي هي شبيهة بالسكر خطر بباله انه لا ذات له يغاير بها ذات الحق تعالي وان حقيقة ذاته هي ذات الحق وان الشي الذي كان يظن اولا انه ذاته المغايرة لذات الحق ليست شيا في الحقيقة بل ليس ثم شي الا ذات الحق وان ذلك بمنزلة نور الشمس الذي يقع علي الاجسام الكثيفة فتراه يظهر فيها فانه وان نسب الي الجسم الذي يظهر فيه فليس هو في الحقيقة شيا سوي نور الشمس وان

رال

concipitur; adeò ut quisquis statum illum exprimere cupit, petat quod impossibile est, & similis ei sit, qui tinctos colores, quatenus colores, gustare vult, cupitque ut nigrum aut suave sit aut acerbum: nec tamen te dimittemus absque indiciis aliquibus, per quæ indigitemus quod ille vidit de mirabilibus stationis illius, per modum similitudinis, non ita ut veritatis fores pulsemus, cum nulla pateat via ad certam notitiam illius quod eo in loco est, nisi illuc accedendo. Et jam audi auribus cordis tui, & perspice oculis intellectûs tui illud quod indicaturus sum; indè forsan invenies directionem quæ Te ad rectam viam perducat; hâc tecum conditione initâ, ut non exigas à me impresentiarum ulteriorem explicationem coram alloquendo, præter illam quam his chartis trado: angustus enim est campus, & periculum est verbis statuere de re, quæ non ita comparata est ut verbis exprimatur.

Dico itaque cum ab essentiâ suâ, omnibúsque aliis essentiis abstractus esset, nihilque aliud in rerum naturâ cerneret, præter illud Unum, vivum, permanens, viderétque quod vidit, deinde rediisset ad alia ipsis diversa aspicienda, cum ad se rediret è statu illo suo qui ebrietati similis erat, subiisse ipsi in mentem se non habere essentiam, per quam ab essentiâ veri excelsi illius discreparet, & veram rationem essentiæ suæ esse essentiam Veri illius, & illud quod primò arbitratus est esse essentiam suam distinctam ab essentiâ Veri illius, nihil reverà esse, neque esse omninò quicquam præter essentiam Veri illius; illam autem esse tanqnam lumen Solis quod in corpora densa incidit, quodque vides in iis apparere: illud enim, licèt corpori illi attribuatur in quo apparet, nihil aliud reverà est præter lumen Solis, & amoto corpore,

pore, amovetur lumen ipsius, & solum lumen Solis manet, quod non minuitur per corporis illius præsentiam, neque absente illo augetur; & cum contingat corpus ad istiusmodi lumen recipiendum aptum, illud recipit, & ablato corpore, aufertur etiam ista receptio, & nihil denotat; Invaluit autem apud ipsum hæc sententia, ex eo quod ipsi manifestum visum fuit, essentiam Veri illius, potentis, & gloriosi non multiplicari ullo modo, sed ejus scientiam essentiæ suæ esse ipsam essentiam; & hinc videbatur ipsi necessario consequi, illi, apud quem adesset scientia essentiæ illius, adesse etiam essentiam illius, adesse autem sibi scientiam, ideoque adesse essentiam: hanc enim essentiam non adesse, nisi apud se ipsam, atque ipsam illius præentiam esse essentiam, ideoque & ipsam illam essentiam: & pari modo omnes essentiæ à materiâ separatæ, quæ notitiam habebant veræ illius essentiæ, quas priùs tanquam multas aspexerat, secundum hanc sententiam unum quid erant apud illum. Atque hoc dubium se penitùs ipsius animo altum infixisset, nisi fuisset Deus ipsum misericordiâ suâ prosecutus, ipsumque directione suâ prævenisset, undè novit dubinm hoc apud se oriri è reliquiis obscuritatis corporum, & sordibus rerum sensibilium: Multum enim & Paucum, & Unitatem, & Multiplicitatem, & Collectionem, & separationem esse omnia ex attributis corporum; sed quod ad essentias illas separatas, quæ notitiam habent essentiæ Veri illius, Potentis, & gloriosi, cum à materiâ penitùs separatæ sint, dici non oportere illas multas esse aut unam, quoniam multiplicitas est ex distinctione aliarum essentiarum ab aliis, & unitas fieri non potest, nisi per conjunctionem, & nihil horum intelligi potest, nisi in compositis notionibus quæ cum materiâ mixtæ sunt, præterea quod angusta & difficilis admodum sit rerum in hoc loco explicatio, quoniam si exprimas quod ad has

زال ذلك الجسم زال نوره وبقي نور الشمس بحسبه لم ينقص عند
حضور ذلك الجسم ولا زاد عند مغيبه ومتى حدث جسم يصلح لقبول
مثل ذلك النور قبله فاذا عدم الجسم عدم ذلك القبول ولم يكن له
معنا وتقوي عنده هذا الظن بما كان بان له من ان ذات الحق عز وجل
لا تتكثر بوجه من الوجوه وان علمه بذاته هو ذاته بعينها فلزم عنده
من هذا ان من حصل عنده العلم بذاته فقد حصل عنده ذاته وقد
كان حصل عنده العلم فحصلت عنده الذات وهذه الذات لا تحصل
الا عند ذاتها ونفس حصولها هو الذات فاذا هو الذات بعينها
وكذلك جميع الذوات المفارقة للمادة العارفة بتلك الذات الحقة
التى كان يراها اولا كثيرة وصارت عنده بهذا الظن شيا
واحدا وكادت هذه الشبهة ترسخ في نفسه لولا ان تداركه الله
برحمته وتلافاه بهدايته فعلم ان هذه الشبهة انما ثارت عنده من بقايا
ظلمة الاجسام وكدورة المحسوسات فان الكثير والقليل والواحد
والوحدة والجمع والاجتماع والافتراق هي كلها من صفات الاجسام
وتلك الذوات المفارقة العارفة بذات الحق عز وجل لبراءتها عن
المادة لا يجب ان يقال انها كثيرة ولا واحدة لان الكثرة انما هي
لمغايرة الذوات بعضها لبعض والوحدة ايضا لا تكون الا بالاتصال
ولا يفهم شي من ذلك الا في المعاني المركبة الملتبسة بالمادة غير
ان العبارة في هذا الموضع قد تضيق جدا لانك ان عبرت عن تلك

الذوات المفارقة بصيغة الجمع حسب لفظنا هذا اوهم ذلك معني
الكثرة فيها وهي بريئة عن الكثرة وان انت عبرت بصيغة الافراد
اوهم ذلك معني الاتحاد وهو مستحيل عليها وكاني بمن يقف
على هذا الموضع من الخفافيش الذين تظلم الشمس في اعينهم
يتحرك في سلسلة جنونه ويقول لقد افرطت في تدقيقك حتي
انك قد انخلعت عن غريزة العقلا واطرحت حكم المعقول فان
من احكام العقل ان الشي اما واحد واما كثير فليتيد في غلوايه
وليكف من غرب لسانه وليتهم نفسه وليعتبر في العالم المحسوس
الخسيس الذي هو بين اطباقه بنحو ما اعتبر به حي بن يقظان حيث
كان ينظر فيه نظرا ما فيراه كثيرا كثرة لا تنحصر ولا تدخل تحت
حد ثم ينظر بنظر اخر فيراه واحدا وبقي في ذلك مترددا ولم يمكنه
ان يقطع عليه باحد الوصفين دون الاخر هذا والعالم المحسوس
منشا الجمع والافراد وفيه تفهم حقيقته وفيه الانفصال والاتصال
والتحيز والمغايرة والاتفاق والاختلاف فما ظنه بالعالم الالاهي
الذي لا يقال فيه كل ولا بعض ولا ينطق في امره بلفظ من
الالفاظ المسموعة الا وتوهم فيه شي على خلاف الحقيقة فلا يعرفه الا من
شاهده ولا تثبت حقيقته الا عند من حصل فيه واما قوله حتي
انخلعت عن غريزة العقلا واطرحت حكم المعقول فنحن نسلم له
ذلك ونتركه مع عقله وعقلايه فان العقل الذي يعنيه هو وامثاله
انما

essentias separatas pertinet per modum multitudinis, secundum sermonis nostri usum, videretur illud denotare in iis notionem multiplicitatis; illæ autem à multiplicitate immûnes sunt; & si exprimas quod ad illas pertinet, per modum separationis, videretur illud unitatis notionem denotare, quæ etiam ipsis contingere non potest.

Et jam videor videre aliquem hîc loci consistentem, ex vespertilionibus illis, quorũ oculos sol perstringit, se in stultitiæ suæ catenâ movere, dicentem, Utique subtilitate tua modum excessisti, ita ut te semoveris à statu hominum intelligentium, & rationem intelligibilium abjeceris: nam ex iis quæ ab intellectu statuuntur, est Rem aut unum quid esse aut plura; At festinet lentè, & de sermonis sui asperitate aliquid remittat, & seipsum suspicetur, & perpendat quæ sunt in hoc abjecto sensibili mundo, in quo ipse continetur, eodẽ modo quo *Hai Ebn Yokdhan* [ea] perpendit, cum hæc perpendens quodam contemplandi modo, vidit multa esse multiplicitate quæ non poterat cõprehendi, nec limite ullo contineri: tum illa iterum alio contemplandi modo perpendens, vidit ea unum quid esse, dubiúsq; eâ in re hæsit, nec de eâ statuere poterat in unam partem potiùs quam in alterã: Ita erat, quamvis mundus hic sensibilis locus genuinus sit multiplicitatis & singularitatis, & vera illarum natura ibi intelligatur, & in eo sit separatio, & unio, & in partes secessio, & distinctio, & cõgruentia, & discrepantia: quid ergò de mundo divino cogitabit, in quo non liceat dicere, Omnia, nec Aliqua, nec proferri possit [quicquã] de rebus ad ipsũ pertinentibus, verbis quibus assuetæ sunt aures nostræ, quin aliquid de eo conjicias secùs ac se res habet, quẽq; haud quisquã notum habeat præter illum qui vidit, cujusque vera ratio non percipiatur, nisi ab eo qui illum assecutus est? sed quod ad illud qd dicit, Hominum intelligentium naturam transgressus es, & rationem intelligibilis abjecisti, hoc ipsi concedimus, ipsúmque cũ hominibus suis intelligentibus dimittimus; Intellectus enim

iſte quem ille & iſtiuſmodi homines volunt, eſt facultas rationalis quæ rerum ſenſibilium individua contemplatur, & indè notionem univerſalem indagat, hominéſque, quos vult, intelligentes ſunt illi, qui iſtiuſmodi ſpeculatione utuntur: at genus hoc, de quo loquimur, eſt ſupra hæc omnia; quare adverſus illud aures ſuas obturet, quiſquis nihil ultra ſenſibilia eorũque univerſalia intelligit, & ad cœtum ſuum redeat, eorum ſc. qui vitæ hujus mundi res conſpicuas cognoſcunt de altero minimè ſolliciti: quod ſi ex illis ſis, quibus ſufficit hoc indiciorum & ſignorum genus, quod ad mundum divinum, nec verbis noſtris * aliàm interpretationem affigis præter eam quæ uſitatò iis imponitur, jam ulterius aliquid tibi narrabimus de eo quod *Hai Ebn Yokdhan* vidit in loco iſto illorum qui veritatis compotes ſunt, quem ſuprà memoravimus: Illud autem fuit hoc, Poſtquam planè his immerſus fuiſſet, & à rebus aliis omninò abſtractus, ac verè [res iſtas] comprehendiſſet, vidit eſſe ſphæræ ſupremæ, ultra quam nullum eſt corpus, eſſentiam à materia immunem, quæ non erat eſſentia Unius Veri illius, neq; ipſa illa ſphæra, neq; tamen quid ab iis diverſum, ſed erat tanquam ſolis effigies quæ in ſpeculo aliquo polito apparet. Illa enim neque ſol eſt, neque ſpeculum, neque tamen aliquid ab iis diſtinctum; viditque ſphæræ illi ſeparatæ eam eſſe perfectionem, ſplendorem & pulchritudinem, quæ major eſt quam ut poſſit linguâ exprimi, & ſubtilior quam ut literis aut voce veſtiri poſſit, & vidit eam eſſe in ſummo gradu voluptatis, & gaudii, & exultationis, & lætitiæ præ viſione veræ illius & glorioſæ Eſſentiæ: ſphæræ etiam illi proximæ, quæ eſt ſphæra ſtellarum fixarum, vidit eſſe eſſentiam à materiâ immunem, quæ neque unius Veri illius eſſentia erat, neque eſſentia ſupremæ ſphæræ ſeparatæ, neque illa ipſa, neque tamen quid ab iis diverſum, ſed erat tanquam Solis effigies quæ in ſpeculo conſpicitur

* forſ. mel. *nec verbis noſtris illam interpretationem affigis, quæ &c.*

انما هو القوة الناطقة التي تتصفح اشخاص الموجودات المحسوسة
وتقتنص منها المعني الكلي والعقلا الذين يعنيهم هم الذين
ينظرون بهذا النظر والنمط الذي كلامنا فيه فوق هذا كله فليس
عنده سعه من لا يعرف سوي المحسوسات وكلياتها وليرجع
الي فريقه الذين يعلمون ظاهرا من الحياة الدنيا وهم عن الاخرة
هم غافلون فان كنت ممن تقتنع بهذا النوع من التلويح والاشارة
الي ما في العالم الالهي ولا تحمل الفاظنا من المعاني * الا ما جرت علي
العادة بها في تحميلها اياه فنحن نزيدك شيا مما شاهده حي بن
يقظان في مقام اولي الصدق الذي تقدم ذكره وذلك انه بعد
الاستغراق المحض والفنا التام وحقيقة الوصول شاهد للفلك الاعلي
الذي لا جسم وراه ذاتا بريه عن المادة ليست هي ذات الواحد الحق
ولا هي نفس الفلك ولا هي غيرها وكانها صورة الشمس التي تظهر
في مراة من المرايا الصقيلة فانها ليست هي الشمس ولا المراة ولا هي
غيرها وراي لذات ذلك الفلك المفارقة من الكمال والبها والحسن
ما يعظم عن ان يوصف بلسان ويدق عن ان يكسي بحرف
او صوت وراه في غاية من اللذة والسرور والغبطة والفرح بمشاهدة
ذات الحق جل جلاله وشاهد ايضا للفلك الذي يليه وهو فلك
الكواكب الثابتة ذاتا بريه عن المادة ايضا ليست هي ذات الواحد
الحق ولا ذات الفلك الاعلي المفارقة ولا نفسه ولا هي غيرها وكانها صورة
الشمس

الشمس التي تظهر في مراة قد انعكست اليها الصورة من مراة
اخري مقابلة للشمس وراي لهذه الذات ايضا من البها والحسن
واللذة مثل ما راي لتلك التي للفلك الاعلي وشاهد ايضا للفلك
الذي يلي هذا وهو فلك زحل ذاتا مفارقة للمادة ليست هي
شيا من الذوات التي شاهد قبلها ولا هي غيرها وكانها صورة الشمس
التي تظهر في مراة قد انعكست اليها الصورة من مراة * مقابلة
للشمس وراي لهذه الذات ايضا مثل ما راي لما قبلها من البها
واللذة؛ وما زال يشاهد لكل فلك ذاتا مفارقة بريئة عن المادة
ليست هي شيا من الذوات التي قبلها ولا هي غيرها وكانها صورة
الشمس التي تنعكس من مراة الي مراة على رتب مرتبة بحسب
ترتيب الافلاك وشاهد لكل ذات من هذه الذوات من الحسن
والبها واللذة والفرح ما لا عين رات ولا اذن سمعت ولا خطر على
قلب بشر الي انتهي الي عالم الكون والفساد وهو جميع حشو
فلك القمر فراي له ذاتا بريئة عن المادة ليست شيا من الذوات
التي شاهد قبلها ولا هي سواها ولهذه الذات سبعون الف وجه في
كل وجه سبعون الف فم في كل فم سبعون الف لسان يسبح
بها ذات الواحد الحق ويقدسها ويمجدها لا يفتر وراي لهذه الذات
التي توهم فيها الكثرة وليست كثيرة من الكمال واللذة مثل
الذي راه قبلها وكان هذه الذات صورة الشمس التي تظهر في

مـا

conspicitur in quod reflectitur Solis effigies à speculò alio soli ex adverso posito; viditque esse huic etiam essentiæ splendorem, & decorem, & voluptatem similem ei quam viderat illi esse quæ sphæræ supremæ erat: vidit etiam eodem modo sphæræ illi quæ huic proxima erat, quæ est sphæra Saturni, essentiam esse à materiâ separatam, quæ nulla erat ex his essentiis quas priùs viderat, neque tamen quid ab iis diversum, quæ erat tanquam Solis effigies quæ apparet in speculo in quod reflectitur effigies à speculo * soli ex adverso posito, & vidit huic etiam essentiæ esse ejusmodi splendorem, atque voluptatem qualem priori inesse viderat; nec desiit videre unicuique sphæræ esse essentiam separatam à materia immunem, quæ non erat ulla ex prioribus essentiis, neque ab iis diversa, quæ erat tanquam solis effigies à speculo in speculum reflexa, ordine juxta dispositionem sphærarum digesto; viditque unicuique harum essentiarum id esse decoris, splendoris, voluptatis, & lætitiæ, quod neque oculus vidit, neque audivit auris, quodque in mentem hominis non venit, donec tandē ad mundum generabilem & corruptibilem perveniret; qui est totum illud quod intra lunæ sphæram continetur; & vidit etiam ipsi essentiam esse à materiâ separatam, quæ non erat ulla ex essentiis illis quas prius viderat, neque quid diversum ab iis, atque huic essentiæ esse septuagies millenas facies, & unicuiq; faciei septuagies millena ora, & unicuiq; ori septuagies millenas linguas, quibus laudabat essentiam Unius illius veri Entis, illamque sanctificabat, & celebrabat indesinentèr; viditque huic essentiæ, cui suspicatus est inesse multiplicitatem, licèt non esset multiplex, perfectionem & voluptatem similem ei quā priùs viderat, atq; hanc essentiā esse tanquam solis effigiem, quæ in aquâ

* f. in quod reflexa fuerat species à speculo soli, &c.

tremulâ

tremulâ apparet, quæ in ſe effigiem illam habet reflexam ab ultimo ſpeculorum iſtorum, ad quod reflexio illa perveniebat ſecundum ordinem ſupradictum à primo ſpeculo ipſi ſoli ex adverſo poſito: Tum vidit ſibi ipſi eſse eſsentiam ſeparatam, quam, ſi fieri poſset ut eſsentia illa ſeptuagiès millenarum facierum divideretur in partes, diceremus eſse ipſius partē; & niſi hæc eſsentia de novo producta fuiſset poſtquam non exstiterat, diceremus ipſam eandem eſse; & niſi corpori ipſius propria facta fuiſset ubi primum de novo extitit, diceremus eam haud de novo productam fuiſse. Atque hoc ordine vidit alias etiam eſsentias ſuæ ſimiles, quæ neceſsariò fuerant, tum diſsolvebantur, quæque neceſsariò unà cum ipſo exiſtebant, eáſque tot eſse quot non poterant in numerum referri, ſi liceret eas plures dicere, aut unum quid eſse omnes, ſi liceret eas unum quid dicere; & vidit eſsentiæ ſuæ, iiſque quæ in eodem cum ipſo gradu erant, decorem & ſplendorem, & voluptatem infinitam eſſe, quam neque oculus vidit, neque audivit auris, neque ſubiit cor hominis, quamque qui [alia] deſcribunt non deſcribunt, quamque nemo poteſt intelligere, niſi qui jam eam aſſecuti noverunt. Et vidit multas eſsentias à materiâ ſeparatas, quæ erant tanquam ſpecula rubiginoſa, ſordibus obducta, quæ interim politis illis ſpeculis, in quibus impreſsa erat effigies Solis terga obvertebant & ab iis facies ſuas averſas habebant, viditque eſſentiis hiſce ſordes eſse ac defectum, quæ ipſi in mentem nunquam venerant; & vidit eas infinitis doloribus affici, & ſuſpiriis quæ aboleri nequeunt, pœnarum cortinis circumdatas, & aduſtas igne veli ſeparationis, & ſerris diſcindi inter repellendum & attrahendum; vidit etiam hic alias eſsentias, præter iſtas, quæ cruciabantur, quæ apparebant & deindè evaneſcebant, & connexæ erant & tum diſſolvebantur; & hîc ſe cohibuit illáſque benè perpendit, & vidit ingentes terrores, & negotia

magna

ما مترجرج قد انعكست اليها الصورة من اخر المرايا التي
انتهي اليها الانعكاس علي الترتيب المتقدم من المراة الاولي
التي قابلت الشمس بعينها ثم شاهد لنفسه ذاتا مفارقة لو جاز
ان تتبعض ذات السبعين الف وجه لقلنا انها بعضها ولولا ان
هذه الذات حدثت بعد ان لم تكن لقلنا انها هي ولولا اختصاصها
* بدنه عند حدوثه لقلنا انها لم تحدث وشاهد في هذه الرتبة
ذواتا مثل ذاته لا بد ان كانت ثم اضمحلت ولا بد ان هي معه في
الوجود وهي من الكثرة في حد بحيث لا تتناهي ان جاز ان يقال
لها كثرة او هي كلها واحد ان جاز ان يقال لها واحد وراي لذاته
ولتلك الذوات التي في رتبته من الحسن والبها واللذة غير المتناهية
ما لا عين رات ولا اذن سمعت ولا خطر علي قلب بشر ولا يصفه الواصفون
ولا يعقله الا الواصلون العارفون وشاهد ذواتا كثيرة مفارقة للمادة
كانها مرايا صدية قد ران عليها الخبث وهي مع ذلك مستدبرة
للمرايا الصقيلة التي ارتسمت فيها صورة الشمس ومولية عنها
بوجوهها وراي لهذه الذوات من القبح والنقص ما لم يقم قط بباله
وراها في الام لا تنقضي وحسرات لا تمحي قد احاط بها سرادق
العذاب واحرقها نار الحجاب ونشرت بمناشير بين الانزعاج
والانجذاب وشاهد هاهنا ذواتا سوي هذه المعذبة تلوح ثم تضمحل
وتنعقد ثم تنحل فيتثبت فيها وانعم النظر اليها فراي هولا عظيما وخطبا

ببدنه *

جسيما وخلقا حديثا واحكاما بليغا وتسوية ونفخا وانشا وفسخا فما
هو الا ان تثبت قليلا فعادت اليه حواسه وتنبه من حالة تلك
التي كانت شبيهة بالغشي وزلت قدمه عن ذلك المقام ولاح له
العالم المحسوس وغاب عنه العالم الالاهي اذ لم يكن اجتماعهما في
حال واحدة اذا الدنيا والاخرة كضرتين ان ارضيت احداهما
اسخطت الاخري فان قلت يظهر مما حكيته من هذه المشاهدة
ان الذوات المفارقة ان كانت لجسم دايم الوجود لا يفسد كالافلاك
كانت هي ايضا دايمة الوجود وان كانت لجسم يوول الي
الفساد كالحيوان الناطق فسدت هي ايضا واضمحلت وتلاشت
حسب ما مثلت به في مرايا الانعكاس فان الصورة لا ثبات لها الا
بثبات المراة فاذا فسدت المراة صح فساد الصورة واضمحلت هي
فاقول لك ما اسرع ما نسيت العهد وحلت عن الربط الم يتقدم
اليك ان مجال العبارة هنا ضيق وان الالفاظ علي كل حال
توهم غير الحقيقة وذلك الذي توهمته انما اوقعك فيه ان جعلت
المثال والممثل به علي حكم واحد من جميع الوجوه ولا ينبغي ان
يفعل ذلك في اصناف المخاطبات المعتادة فكيف هاهنا والشمس
ونورها وصورتها وتشكلها والمرايا والصور الحاصلة فيها كلها امور
غير مفارقة الاجسام ولا قوام لها الا بها وفيها فلذلك افتقرت في
وجودها اليها وبطلت ببطلانها واما الذوات الالاهية والارواح الربانية

فانها

✠ magna, & turbam occupatam, & operationem efficacem, & complanationem,& inflationem, & productionem, & destructionem: & parvâ admodum morâ interjectâ ad ipsum iterum sensus sui redierunt,& experrectus est è statu suo isto, qui erat tanquam extasis,& ex hoc loco lapsi sunt ipsius pedes, & apparuit ipsi mundus sensibilis, & absens ab eo factus est mundus divinus: duo enim isti in eodem statu convenire nequeunt: hic enim mundus & alter sunt tanquam duæ uxores unius mariti, quarum uni si placueris, alteram ad iram provocabis.

Quod si dixeris, videtur ex eo quod dixisti de hâc visione, essentias separatas, si in corpore essent perpetuæ durationis quod incorruptibile est, ut sunt cœli, futuras etiam perpetuæ existentiæ,quod si sint in corpore quod tendit ad interitum,ut sunt animalia rationalia,esse & ipsas corruptioni obnoxias,& evanescere,& ad nihilū redigi,secundū similitudinem quā proposuisti de speculis reflectentibus: effigies enim illa nullā habet durationem,nisi propter durationem speculi,cumque corrumpitur speculum, effigies etiam certò corrumpitur & evanescit: Dico tibi, quam citò initi fœderis oblitus es,fixósque limites transgressus es? annon priùs tibi dictum est angustam esse hic interpretationis semitam, & verba ex parte alterutrâ efficere ut opinentur homines secus ac se res habent? & illud qd opinatus es in hoc te incidere fecit, ut statueres, illud cui aliquid comparatur, & illud quod cum eo comparatur esse ejusdem rationis ex omni parte; illud verò non oportet fieri in quocunque genere usitati sermonis, quantò minus hoc in loco,ubi sol,& ipsius lumen,& ipsius effigies,& ipsius repræsentatio,& specula,& in eis conspicuæ effigies, omnia sint res quæ à corporibus non separantur, neque subsistentiam aliquam habent nisi per ea & in eis, ideoque ipsis indigent quod ad suam existentiam,& ablatis illis auferuntur:at Essentiæ Divinæ,& Spiritus

ritus Heroici, omnes à corporibus immunes sunt iisque quæ ea consequuntur, & ab iis quam longissimè distant, nec ulla est inter ea connexio, nec illorum ulla ab his dependentia, ut perinde sit eorum respectu utrum auferantur corpora aut maneant, utrum existant an non: eorum autem connexio & dependentia est ab Essentia Unius Veri illius Entis necessariò existentis, quod est primum eorum, eorumq; principium, eorumque causa, quæ facit ut existant, iisque durationem tribuit, ipsisq; continuationem & perpetuitatem suppeditat: neq; corporibus indigent, sed corpora illis indigent, & si fieri posset ut auferrētur illi, auferrentur etiam corpora; illi enim sunt eorum principia: quemadmodum si posset supponi essentiam unius Veri illius excelsi & sanctissimi, & à tali quopiam semoti, (*Non est præter ipsum Deus*) auferri posse, auferrentur etiam omnes hæ essentiæ, & auferrētur corpora, & evanesceret totus hic mundus sensibilis, nec quicquam permaneret, cum hæc omnia mutuam habeant connexionem. licèt autem mundus sensibilis mundum divinum tanquam ipsius umbra sequatur, & mundus divinus eo non indigeat, & ab eo immunis sit, tamen ipsius ablationem supponere absurdum est, quoniam sequitur mundum divinum; sed in hoc consistit ipsius corruptio ut mutetur, non ut in privationem penitùs abeat: (& de hoc locutus est liber iste pretiosus ubi notio hæc incidit, *de movēdis montibus, ut fiant instar lanæ, & homines [fiant] tanquam pyrallides, & de obscuratione Solis & Lunæ, & eruptione marium die illo quo terra in aliam terram mutabitur, & cœli, similitèr:) & hæc summa est ejus quod impresentiarum tibi indicare possum de eo quod Hai Ebn Yokdhan vidit in statu illo illustri; nec quæras ut quicquam de eo ulteriùs verbis mandetur, est enim illud quasi impossibile. Sed quod ad absolvendam ipsius historiam spectat, illud tibi, volente Deo, deinceps, exponam. Ubi ad mundum sensibilem reversus est, hoc

* Alc.c. *Altacwir* &, c. *Akareah.*

فانها كلها بريئة عن الاجسام ولواحقها ومنزهة غاية التنزيه عنها فلا
ارتباط ولا تعلق لها بها وسوا بالاضافة اليها بطلان الاجسام او ثبوتها
ووجودها او عدمها وانما ارتباطها وتعلقها بذات الواحد الحق
الموجود الواجب الوجود الذي هو اولها ومبدوها وسببها وموجدها
وهو يعطيها الدوام ويمدها بالبقا والتسرمد ولا حاجة بها الي
الاجسام بل الاجسام محتاجة اليها ولو جاز عدمها لعدمت الاجسام
فانها هي مباديها كما انه لو جاز ان تعدم ذات الواحد الحق تعالي
وتقدس عن ذلك لا اله الا هو لعدمت هذه الذوات كلها ولعدمت
الاجسام ولعدم العالم الحسي باسره ولم يبق موجود ان الكل مرتبط
بعضه ببعض والعالم المحسوس وان كان تابعا للعالم الالهي شبيه
الظل له والعالم الالهي مستغن عنه وبري منه فانه مع ذلك قد
يستحيل فرض عدمه اذ هو تابع للعالم الالهي وانما فساده ان يبدل
لا ان يعدم بالجملة وبذلك نطق الكتاب العزيز حيث ما وقع هذا
المعني في تسيير الجبال وتصييرها كالعهن والناس كالفراش
وتكوير الشمس والقمر وتفجير البحار يوم تبدل الارض غير الارض
والسماوات فهذا القدر الذي امكنني الان ان اشير اليك به مما
شاهده حي بن يقظان في ذلك المقام الكريم فلا تلتمس الزيادة
عليه من جهة الالفاظ فان ذلك كالمتعذر واما تمام خبره
فساتلوه عليك ان شا الله وانه لما عاد الي العالم المحسوس وذلك

بعد

بعد جولانه حيث جال سيم تكاليف الحياة واشتد شوقه الي الحياة القصوي فجعل يطلب العود الي ذلك المقام بالنحو الذي طلبه اولا حتي وصل اليه بايسر من السعي الذي وصل به اولا ودام فيه ثانيا مدة اطول من الاولى ثم عاد الي عالم الحس ثم تكلف الوصول الي مقامه بعد ذلك فكان ايسر عليه من الاولي والثانية وكان دوامه فيه اطول وما زال الوصول الي ذلك المقام الكريم يزيد عليه سهولة والدوام فيه يزيد طولا مدة بعد مدة حتي صار بحيث يصل اليه متي شا ولا ينفصل عنه الا متي شا فكان يلازم مقامه ذلك ولا ينثني عنه الا لضرورة بدنه التي كان قد قللها حتي كان لا يوجد اقل منها و هو في ذلك كله يتمني ان يريحه الله عز وجل من كل بدنه الذي يدعوه الي مفارقة مقامه ذلك فيتخلص الي لذته تخلصا دايما ويبري مما يجده من الالم عند الاعراض عن مقامه ذلك الي *صورة البدن وبقي على حالته تلك حتي اناف على سبعة اسابيع من منشايه وذلك خمسون عاما وحينيذ اتفقت له صحبة اسال وكان من قصته معه ما ياتي ذكره بعد هذا ان شا الله تعالي ذكروا ان جزيرة قريبا من الجزيرة التي ولد بها حي بن يقظان على احد القولين المختلفين في صفة مبدايه انتقلت اليها ملة من الملل الصحيحة الماخوذة عن بعض الانبيا المتقدمين صلوات الله عليهم، وكانت ملة محاكية لجميع الموجودات الحقيقية

*f. ضرورة

est, postquam digressus erat, quò digressus est, fastidivit vitæ molestias, & summo desiderio vitæ ulterioris laboravit, quæsivitque reditum ad illum [speculationis] locum eodem modo, quo illum priùs quæsiverat; donec illum minori labore quam priùs, esset assecutus, atque in eo secundâ vice diutius quam priori permansit: Tum ad mundum sensibilem reversus est, deindè iterum se ad locum suum [speculationis] assequendum accinxit, qui ipsi facilior aditu, quam primâ aut secundâ vice, fuit; diuturniorque fuit ipsius in eo commoratio, nec desiit ratio nobilem illum statum assequendi ipsi facilior fieri, ipsiusque in eo commoratio diuturnior, repetitis vicibus, donec eò progressus esset, ut ipsum pro libitu suo assequi posset, neque, nisi quando vellet, ab eo discederet. huic ergò loco suo adhæsit, nec ab eo recessit, nisi cum corporis necessitas postularet, quam eò jam paucitatis redegerat, ut vix minor reperiri posset: atque inter hæc omnia optabat, ut Deus potens & gloriosus illum prorsus liberaret à corpore suo, quod ipsum ab illo loco avocabat; & ut voluptati suæ perpetuò totus vacaret, & à dolore illo immunis esset, quo afficiebatur quoties à statu illo ob necessitatem corporis averteretur: & in hoc statu suo permansit donec septimum septenarium ab origine suâ transiisset; h. e. quinquaginta annos; tum vero contigit ipsi Asalis sodalitium: narratio verò illius cum ipso congressus ea est quæ posthac, Deo volente, sequetur.

Ferunt esse insulam propinquam insulæ isti in quâ natus est Hai Ebn Yokdhan, secundùm alteram duarum sententiarum discrepantium de modo ortus ipsius, in quam se recepit secta quædam è probis illis sectis, quæ aliquem antiquorum prophetarum piæ memoriæ autorem habuerunt; secta sc. quæ omnia revera existentia per confictas,

para-

parabolas indicabat, quæ phantaſiæ rerum illarum imagines repræſentarent, earumque impreſſiones hominum mentibus infigerent, uti fieri ſolet, in ſermonibus ad vulgus inſtitutis. Non deſiit verò ſecta illa ſe in inſulâ illâ diffundere & prævalere, atque innoteſcere, adeo ut illam amplexus eſſet Rex ejus aliόſque cogeret ei adhærere.

Nati autem erant in eâdem inſulâ duo viri egregii, & boni appetentes, (quorum alteri nomen erat Aſal, alteri Salaman) qui ſectæ illi occurrentes eam optimo modo amplexi ſunt, & ſe ad omnia illius præcepta obſervanda accinxerunt, & in ejus operibus continuè verſati ſunt, atque eum in finem ſocietatem inierunt. Aliquando autem inquirebant in illud quod verbis legis traditum erat de deſcriptione Dei ſublimis & glorioſi, & de Angelis ipſius, deque deſcriptionibus, reſurrectionis, & remunerationis, & pœnæ futuræ. Jam quod ad Aſalem, alterum ex illis duobus, ille ulterius rerum intima ſcrutabatur, & myſticos ſenſus magis indagabat, & ſtudioſus erat ea interpretandi: Salaman autem ſocius ejus, exteriora maximè obſervabat, ſe ab interpretationibus magis cohibens, & à curioſo [rerum] examine & ſpeculatione abſtinens: erat interim uterque ipſorum ſedulus in operibus externis, & ſeipſis ad rationem revocandis, & oppugnandis affectibus. Erant verò in lege illâ dicta quædam, quæ homines ad ſolitudinem, & vitam ſolitariam hortari videbantur, atque indicare in iis [ſitam eſſe] felicitatem & ſalutem: alia autem quæ homines ad conſortium, & ad hominum ſocietatem amplectendam hortari videbantur; Aſal igitur mentem ſuam ſolitudini quærendæ addicebat, & dicta illa propoſuit quæ eo tendebant, cum naturâ perpetuæ contemplationi deditus eſſet, rerumque explicationibus quærendis, & ſcrutandis ſignificationibus; maxima enim hujus rei [aſſequendæ] ſpes ipſi ſe ex vitâ ſolitariâ obtulit: Salaman verò

ſocietati

الحقيقية بالامثال المضروبة التي تعطي خيالات ذلك الاشيا
وتثبت رسومها في النفوس حسب ما جرت به العادة في مخاطبة
الجمهور فما زالت تلك الملة تنتشر بتلك الجزيرة وتقوي وتظهر حتي
قام بها ملكها وحمل الناس علي التزامها وكان قد نشا بتلك
الجزيرة فتيان من اهل الفضل والرغبة في الخير يسمي احدهما اسال
والاخر سلامان فتلقيا تلك الملة وقبلاها احسن قبول واخذا انفسهما
بالتزام جميع شرايعها والمواظبة علي اعمالها واصطحبا علي ذلك
وكانا يتفقهان في بعض الاوقات فيما ورد من الفاظ تلك
الشريعة في صفة الله عز وجل وملايكته وصفات المعاد والثواب
والعقاب فاما اسال منهما فكان اشد غوصا علي الباطن
واكثر عثورا علي المعاني الروحانية واطمع في التاويل واما
سلامان صاحبه فكان اكثر احتفاظا بالظاهر واشد بعدا
عن التاويل واوقف عن التصرف والتامل وكلاهما مجد في
الاعمال الظاهرة ومحاسبة النفس ومجاهدة الهوي وكان في تلك
الشريعة اقوال تحمل علي العزلة والانفراد وتدل علي ان الفوز
والنجاة فيهما واقوال اخر تحمل علي المعاشرة وملازمة الجماعة
فتعلق اسال بطلب العزلة ورجح القول بها لما كان في طباعه
من دوام الفكرة وملازمة العبرة والغوص علي المعاني واكثر ما
كان يتاتي له امله من ذلك بالانفراد وتعلق سلامان

بملازمة الجماعة ورجح القول بها لما كان في طباعه من الجبن عن
الفكرة والتصرف فكانت ملازمة الجماعة عنده مما يدرا الوسواس
ويزيل الظنون المعترضة ويعيذ من همزات الشياطين فكان اختلافهما
في هذا الراي سبب افتراقهما وكان اسال قد سمع عن الجزيرة
الذي ذكر ان حي بن يقظان تكون بها وعرف ما بها من الخصب
والمرافق والهوا المعتدل وان الانفراد بها يتاتي لملتمسه فاجمع على
ان يرتحل اليها ويعتزل الناس بها بقية عمره فجمع ما كان له من
المال واكتري ببعضه مركبا تحمله الي تلك الجزيرة وفرق باقيه
علي المساكين وودع صاحبه سلامان وركب متن البحر فحمله
الملاحون الي تلك الجزيرة ووضعوه بساحلها وانفصلوا عنه فبقي
اسال بتلك الجزيرة يعبد الله عز وجل ويعظمه ويقدسه ويفكر في
اسمايه الحسني وصفاته العليا فلا ينقطع خاطره ولا تتكدر فكرته
واذا احتاج الي الغذا تناول من ثمرات تلك الجزيرة وصيدها ما
يسد به جوعته واقام علي تلك الحال مدة وهو في اتم غبطة واعظم
انس بمناجاة ربه وكان في كل يوم يشاهد من الطافه ومزايا تحفه
وتيسيره عليه في مطالبه وغذايه ما يثبت يقينه ويقر عينه وكان
في تلك المدة حي بن يقظان شديد الاستغراق في مقاماته الكريمة
فكان لا يبرح عن مغارته الا مرة في الاسبوع لتناول ما سنح من
الغذا فلذلك لم يعثر عليه اسال باول وهلة بل كان يتطوف
باكناف

societati addictus erat, & dicta illa quæ eò tendebant, maximi pendebat, præ eo qui ipsius naturæ inerat metu contemplationis, & subtilioris examinis; videbaturq; ipsi consortium illud esse quod malas cogitationes abigeret, & sententias amoveret, quæ se[ipsius animo] ingerebant, & à dæmonum instigationibus abduceret. Eorum ergò quod ad hanc opinionem dissensio in causâ fuit ut à se invicem recederent.
Jam verò Asal de insulâ illâ audiverat in quâ memoratum est Hai Ebn Yokdhan originem suam habuisse, & ipsius fertilitatē & commoda, aërisque temperiem noverat, atque in illam secessum præstiturum quod sibi in votis erat. statuit ergò eò proficisci, ibique se quod ad vitæ reliquum ab hominum consortio subducere. Omnibus itaq; quas habuit facultatibus conquisitis earum parte navim conduxit quæ ipsum in insulam illam veheret, reliquum pauperibus dispersit, & amico suo Salamani valedicens se pelago commisit: ac nautæ illum in insulam transportantes, cum in littore exposuissent ab ipso discesserunt. Atque ita Asal in insulâ illâ mansit Deo Potenti & glorioso serviens, illum magnificans, & gloriosa ipsius nomina, & excelsa attributa meditans, nec interpellata est ipsi mens, nec cogitationes turbatæ Cumq; ipsi victu opus esset, sumpsit de fructibus insulæ istius, aut rebus quas ibi venando caperet, quantum fami suæ sufficeret: Atque in hoc statu aliquamdiu permansit, summâque fruebatur voluptate, & maximâ tranquillitate, ex colloquio cum Domino suo, viditq; quotidiè è beneficiis ejus & pretiosissimis ipsius donis, atq; ex eo qd in promptu ipsi sisteret ea quæ quærebat, quæq; ad victũ necessaria essent illud qd fidei ipsius certitudinē confirmaret ipsique solatium præberet. Intereà Hai Ebn Yokdhan totus erat sublimibus speculationibus suis occupatus, neq; è caveâ suâ prodibat nisi semel in septimanâ, ut victum qui occurreret sibi sumeret, ideoque Asal primâ statim vice in ipsum non incidit, sed insulæ extrema obambulans, &
 oras

oras circuiens, nec hominem quempiam vidit, nec cujusquam vestigia percepit, unde aucta est ipsi lætitia, & oblectatus animus respectu ejus quod sibi proposuerat; nempe, ut solitudinem & recessum summoperè quæreret; donec aliquando eveniret, ut prodeunte Hai Ebn Yokdhano ad quærendum sibi victum, quo tempore Asal se eodem receperat, alter in alterum oculos conjiceret. Ac Asal quidem non dubitavit quin esset quidam è religiosis solitudini deditis, qui in eam insulam se recepisset ut se ab hominum consortio subduceret, uti & ipse illuc accesserat; metuitque ne si ipsi occurreret & se notum faceret, in causâ esset ut statum ipsius turbaret, essétque impedimentum inter ipsum & spem suam interpositum: At Hai Ebn Yokdhan minimè novit quid rei esset, quoniam vidit illum nullum ex animalibus quæ priùs viderat, formâ referre: cúmque indutus esset tunicâ nigrâ ex pilis & lanâ, quam putavit nativum quoddam tegumentum esse, diu valdè mirabundus stetit: at avertens se Asal ab eo fugit, metuens ne ab eo circa quod occupatus fuerat ipsum distineret; Hai autem Ebn Yokdhan ipsum insequutus est ex innatâ sibi cupiditate veritatem rerum indagandi, cúmque videret illum summis viribus fugam capessere, se subtraxit atque occultavit, adeò ut cogitaret Asal eum à se recessisse, & longius ab illâ parte abiisse; ideoque cæpit Asal se ad preces & lectionem recipere, & ad invocationem & fletum, & supplicationem, & querimonias, donec ea ipsum ab omni aliâ re averterent. Paulatim interim ipsi appropinquavit Hai Ebn Yokdhan, Asale ipsum non animadvertente, donec ipsi adeo propinquus esset ut lectionem ipsius audiret, & laudationes, humilémque ipsius gestum videret & planctum; undè jucundam vocem audivit, literásque in ordinem digestas cujusmodi nihil antea perceperat á quovis animalium genere; formam etiam

باكناف تلك الجزيرة ويسيح في ارجايها فلا يري انسيا ولا
يشاهد اثرا فيزيد بذلك انسه وتنبسط نفسه لما كان قد عزم عليه
من التناهي في طلب العزلة والانفراد الي ان اتفق في بعض تلك
الاوقات ان خرج حي بن يقظان لالتماس غذايه واسال قد الم بتلك
الجهة فوقعت عين كل واحد منهما علي الاخر فاما اسال فلم
يشك انه من العباد المنقطعين وصل الي تلك الجزيرة لطلب
العزلة عن الناس كما وصل هو اليها فخشي ان هو تعرض له وتعرف
به ان يكون ذلك سببا لفساد حاله وعايقا بينه وبين امله واما حي
بن يقظان فلم يدر ما هو لانه لم يره علي صورة شي من الحيوانات
التي كان قد عاينها قبل ذلك وكان عليه مدرعة سودا من شعر
وصوف فظن انها لباس طبيعي فوقف يتعجب منه مليا وولي اسال
هاربا منه خيفة ان يشغله عن حاله فاقتفي حي بن يقظان اثره
لما كان في طباعه من البحث عن حقايق الاشيا فلما راه يشتد في
الهرب خنس عنه وتواري له حتي ظن اسال انه قد انصرف عنه
وتباعد من تلك الجهة فشرع اسال في الصلاة والقراة والدعا والبكا
والتضرع والتواجد حتي شغله ذلك عن كل شي فجعل حي بن
يقظان يتقرب منه قليلا قليلا واسال لا يشعر به حتي دني منه بحيث
يسمع قراته وتسبيحه وشاهد خضوعه وبكاه فسمع صوتا حسنا
وحروفا منظمة لم يعهد مثلها من شي من اصناف الحيوان ونظر

الي

الي اشكاله وتخطيطه فراه علي صورته وتبين له ان المدرعة التي عليه
ليست جلدا طبيعيا وانما هي لباس متخذ مثل لباسه هو ولما راي
حسن خشوعه وتضرعه وبكايه لم يشك في انه من الذوات العارفة
بالحق فتشوق اليه واراد ان يري ما عنده وما الذي اوجب بكاه
وتضرعه فزاد في الدنو منه حتي احس به اسال فاشتد في العدو
واشتد حي بن يقظان في اثره حتي التحق به لما كان اعطاه الله
من القوة * والبسطة في العلم والجسم فالتزمه وقبض عليه ولم يمكنه   * f. والبطشة
من البراح فلما نظر اليه اسال وهو مكتس بجلود الحيوانات ذوات
الاوبار وشعره قد طال حتي جلل كثيرا منه وراي ما عنده من
سرعة الحضر وقوة البطش فرق منه فرقا شديدا وجعل يستعطفه
ويرغب اليه بكلام لا يفهمه حي بن يقظان ولا يدري ما هو غير انه
يميز فيه شمايل الجزع فكان يونسه باصوات كان قد تعلمها
من بعض الحيوانات ويجر يده علي راسه ويمسح اعطافه ويتملق
اليه ويظهر البشر والفرح به حتي سكن جاش اسال وعلم انه لا يريد
به سوا وكان اسال قديما لمحبته في علم التاويل قد تعلم اكثر
الالسن ومهر فيها فجعل يكلم حي بن يقظان ويسايله عن شانه
بكل لسان يعلمه ويعالج افهامه فلا يستطيع وحي بن يقظان في
ذلك كله يتعجب مما يسمع ولا يدري ما هو غير انه يظهر له البشر
والقبول فاستغرب كل واحد منهما امر صاحبه وكان عند اسال

بقية

etiam ipsius & lineamenta intuitus, vidit illum ejusdem secum formæ esse, patuitque ipsi tunicam quâ amictus erat non esse pellem naturalem, sed habitum aliundè sumptum, instar vestitus sui; & cum submissi gestus ipsius decorem videret; & supplicationis ipsius & fletus, non dubitavit quin esset ille una ex essentiis, quæ Veri illius notitiam habebant, ac proindè desiderio erga eum ferebatur; videre cupiens quid rei cum ipso esset, & quid fletus istius & supplicationis causa esset. Propiùs igitur ad ipsum accessit, donec illud animadvertens Asal cursum intenderet: Hai etiam Ebn Yokdhan summis viribus ipsum insectatus est donec ipsum assequeretur præ vi & potentiâ quam ipsi tribuerat Deus, & scientiæ & corporis, ipsúmque prehenderet & teneret ut aufugere non posset. Cum ergò ipsum intueretur Asal villosis animalium pellibus vestitum, promissâque adeo comâ ut magnam [corporis] ejus partem tegeret, viderétque quam velox cursu esset, & pollens viribus, ab ipso maxime timuit, cæpitque illum demulcere, & verbis rogare quæ Hai Ebn Yokdhan non intellexit, nec novit quid esset, nisi quod observaret in illo timoris indicia; ipsum ergò deliniebat vocibus quas ab animalibus quibusdam didicerat, caputq; ipsius, & cervicis latera manu demulcens, ipsi adblanditus est, lætitiæque & gaudii speciem præ se tulit, donec sedaretur Asalis metus, & cognosceret illum nihil sibi mali velle. Asal autem jam olim præ studio erga notitiã interpretationis rerũ, plerasq; linguas didicerat, eratq; ipsarũ peritus; cæpit itaq; Hai Ebn Yokdhanium compellare & de ipsius statu rogare quâcunq; linguâ novit, & conatus est efficere ut intelligeret. Hoc autem efficere non poterat: Hai etiam Ebn Yokdhan in his omnibus miratus est illud quod audivit, nec novit quid esset, nisi quod conspicua esset ipsi vultûs illius serenitas, & benevolentia. Ita uterq; ipsorum alterius conditionem miratus est. Habebat autem secum

Asal

Asal reliquias quasdam victûs quem ab insulâ habitatâ secum adduxerat, quas Hai Ebn Yokdhano obtulit; ille verò haud novit quid esset, quia ejusmodi aliquid nunquam priùs viderat; Asal ergò ipse aliquid ex eo mandens illi etiam innuit ut comederet; at Hai Ebn Yokdhan leges illas cogitabat, quibus se obstrinxerat in cibo sumendo, cumque naturam rei illius quæ sibi apponebatur nesciret quænam esset, & utrum ipsi licitum esset de ea sumere, necnè, se ab edendo cohibuit; Asal verò ipsum rogare non desiit, ipsúmque blandè invitare; Cum ergò Hai Ebn Yokdhan, illius studio teneretur, metuit, ne si abnuere persisteret illum à se alienum redderet; cibum itaq; istum prehendens de illo comedit; cum autem illum gustasset & gratum haberet, apparuit ipsi se malè fecisse eo quod pactum violasset circa conditiones [quas sibi proposuerat,] in cibo sumendo, ipsumque facti pænituit, & voluit se ab Asale subducere, & ad statum suum se recipere, quærens ad sublimem suam speculationem redire: at visio illa non statim ipsi recurrit; optimum itaque judicavit cum Asale in mundo sensibili permanere, donec de veritate conditionis ipsius certior fieret, nec ulterior in animo ipsius resideret erga illũ propensio, quò posteà ad locum suum rediret nullâ aliâ re distractus. Se itaque Asalis sodalitio adjunxit; cúmque etiam videret Asal ipsum loqui non posse, certus erat nihil ab ipso damni religioni suæ eventurum, sperabatque fore ut illum loquelam, & scientiam, & religionem doceret, undè maxima sibi merces foret, & ad Deum appropinquatiò. Cæpit itaque Asal docere ipsum loqui, primum res particulares illi indicando, & deindè nomina eorum proferendo, illáque ipsi repetens, hortatus est ut & ipse ea pronunciaret; quæ ille conjunctim cum indicio protulit, donec ipsum omnia nomina docuisset; atque ita ipsum paulatim per gradus promovit, ut brevi admodum spatio loqueretur. Tum cæpit Asal ipsum

de

بقية من زاد كان قد استصحبه من الجزيرة المعمورة فقربه الي حيّ بن
يقظان فلم يدر ما هو لانه لم يكن شاهده قبل ذلك فاكل منه اسال
واشار اليه لياكل فتفكر حي بن يقظان فيما كان عقد علي نفسه
من الشروط في تناول الغذا ولم يدر اصل ذلك الشي الذي قدم له ما
هو وهل يجوز له تناوله ام لا فامتنع عن الاكل ولم يزل اسال يرغب
اليه ويستلطفه وقد كان اولع به حي بن يقظان فخشي ان دام
علي امتناعه ان يوحشه فاقدم علي ذلك الزاد واكل منه فلما ذاق
منه واستطابه بدا له سو ما صنع من نقض عهوده في شرط
الغذا وندم علي فعله واراد الانفصال عن اسال والاقبال علي
شانه من طلب الرجوع الي مقامه الكريم فلم تتات له المشاهدة
بسرعة فراي ان يقيم مع اسال في عالم الحس حتي يقف علي
حقيقة شانه ولا يبقي في نفسه هو نزوع اليه وينصرف بعد ذلك
الي مقامه دون ان يشغله شاغل فالتزم صحبة اسال ولما راي
اسال ايضا انه لا يتكلم امن من غوايله علي دينه ورجا ان
يعلمه الكلام والعلم والدين فيكون له بذلك اعظم اجر وزلفة
عند الله فشرع اسال في تعليمه الكلام اولا بان كان يشير له
الي اعيان الموجودات وينطق باسمايها ويكرر ذلك عليه ويحمله
علي النطق فينطق بها مقترنا بالاشارة حتي علمه الاسما كلها
ودرجه قليلا قليلا حتي تكلم في اقرب * وقت فجعل اسال * al. مدة

يسله عن شانه ومن اين صار الي تلك الجزيرة فاعلمه حي بن
يقظان انه لا يدري لنفسه ابتدا ولا ابا ولا اما اكثر من الظبية
التي ربته ووصف له شانه كله وكيف ترقي في المعرفة حتي انتهي
الي درجة الوصول فلما سمع اسال منه وصف تلك الحقايق والذوات
المفارقة لعالم الحس العارفة بذات الحق عز وجل ووصف له ذات
الحق تعالي وجل باوصافه الحسني ووصف له ما امكنه وصفه
مما شاهده عند الوصول من لذات الواصلين والام المحجوبين لم
يشك اسال في ان جميع الاشيا التي وردت في شريعته من امر الله
عز وجل وملايكته وكتبه ورسله واليوم الاخر وجنته وناره هي
امثلة هذه التي شاهدها حي ابن يقظان فانفتح بصر قلبه وانقدح
نار خاطره وتطابق عنده المعقول والمنقول وقربت عليه طرق التاويل
ولم يبق عليه مشكل في الشرع الا تبين له ولا مغلق الا انفتح ولا
غامض الا اتضح وصار من اولي الالباب وعند ذلك نظر الي حي
بن يقظان بعين التعظيم والتوقير وتحقق عنده انه من اوليا الله
الذين لا خوف عليهم ولا هم يحزنون فالتزم خدمته والاقتدا به والاخذ
باشاراته فيما تعارض عنده من الاعمال الشرعية التي كان قد
تعلمها في ملته وجعل حي بن يقظان يستفصحه عن امره وشانه
فجعل اسال يصف له شان جزيرته وما فيها من العالم وكيف
كانت سيرهم قبل وصول الملة اليهم وكيف هي الان بعد وصولها
اليهم

de conditione suâ rogare,& undè in insulam istam advenerat, Hai Ebn Yokdhan verò notum ei fecit nescire se ullam quæ sibi esset originem,nec patrem nec matrem præter capream quæ ipsum educaverat; totúmq; statum suum illi descripsit,utque in cognitione progressus fecerit, donec ad illum gradum conjunctionis cum Deo pervenisset. Cũ ergò audivisset ex eo Asal veritatum illarum descriptionẽ, & essentiarum illarum quæ à mundo sensibili separatæ sunt,& notitiã habent essentiæ Veri unius illius potentis & gloriosi,& descripsisset illi essentiã Supremi illius Potentis, Veri, Gloriosi, attributis suis gloriosis, & explicasset,quantum explicare poterat de eo qd viderat cũ ad conjunctionem illam pertigisset,de gaudiis illorum qui Deo conjuncti sunt,& doloribus eorum qui ab eo separati sunt,non dubitavit quin illa omnia quæ in lege sua tradebantur de mandato Dei potentis & gloriosi, ipsiúsque angelis,& libris, & nuntiis ipsius & die ultimo, ipsiúsq; paradiso,& igne, esse similitudines harum rerum quas viderat Hai Ebn Yokdhan, apertique sunt oculi cordis ipsius,& illuminata mens,idque qd ratione percipiebatur,& quod per traditionem acceperat apud eũ benè conveniebant,faciléśq; apud eũ erant interpretationũ modi, nec difficile ipsi mansit quicquam in præceptis illis, qd non erat jã perspicuum,nec clausum quod non apertum, nec profundum quin manifestũ ipsi fieret, atq; intellectu pollens evasit,ac tum Hai Ebn Yokdhanum ita suspiciebat, ut ipsum magni faceret, ipsúmq; revereretur, & apud eum pro certo erat illum unum esse ex sanctis Dei,*quibus non est timor,quique dolorem non habebunt*; Se itaq; ad serviendum illi accinxit,illũ imitari,& illius monita sequi in operibus,quæ ipsi occurrebãt, legalibus illis quæ priùs in religione suâ didicerat. Cœpit autem Hai Ebn Yokdhan illum de ipsius rebus & conditione percunctari,ut ea sibi explicaret,cœpitq; Asal insulæ suæ statũ ipsi describere,& quodnam hominum genus in eâ erat,quæq; fuerat illorum conversatio,priusquam illuc secta illa religiosa

 pervenisset,

pervenisset, & quomodo nunc post ipsius ad eos adventum se haberet: explicuit etiam ipsi omnia quæ in lege tradita erant de divini mundi descriptione, & de Paradiso, & igne Gehennæ, & resuscitatione, & resurrectione, & congregatione ad judicium, & ratione [tunc reddendâ] & lancibus [quibus penderentur hominū actiones] & viâ [per quam transire debent.] Hæc autē omnia intellexit Hai Ebn Yokdan, nec quicquam eorum incongruum sensit illi, quod ipse in loco suo sublimi viderat; novitq; illum qui hæc descripsit, & [hominibus] tradidit, in iis describendis veracem fuisse, atque in dictis suis verum nuntium à Domino suo missum; illiq; credidit, & veritatem ejus agnovit, & missioni ejus testimonium perhibuit. Tum rogare illum cœpit de præceptis quæ attulerat, & cultûs ritibus quos ordinaverat; descripsit ergò ei precationem, & eleemosynam, & jejunium, & peregrinationem, & ejusmodi opera externa; Ille verò hæc sibi ascivit & amplexus est. & in se illa præstanda recepit in obsequium mandati istius, certior factus de veritate ejus qui idem tradidit: duo verò ipsius animo infixa manebāt quæ miratus est, nec in iis aliquā sapientiæ rationē percepit; alterū, quare nuntius iste in rebus plerisq; describendis quæ ad mundū divinum spectant, parabolis ad homines uteretur, & à perspicuâ illarum explicatione abstineret, adeò ut homines magnâ ex parte eò inciderent, ut corporeitatē assererent, & crederent aliquid de essentiâ Veri illius à quo longè abest, atq; immunis est, & pari modo in eis quæ ad rationē mercedis & pœnæ spectāt: Alterū erat, qd ultra præcepta ista, & cultûs ritus non procederet, permitteretq; ut quærendis opibus studerent homines, & qd ad victū sua fruerentur libertate, adeo ut rebus inanibus inanitèr vacarēt, & se à veritate averterent, cū ipsius sententia esset nihil à quoquā sumi debere, nisi qüo vitæ reliquias sustentaret; qd ad divitias verò, nihil ad ipsum valebant: vidit etiā quid de iis quæ ad divitias spectāt in lege decerneretur, qd ad eleemosynas, earúmq; distributionē, & negotiationē, & usurā, & mulctas, & pœnas, & hæc omnia insolita ipsi videbātur,

اليهم ووصف له جميع ما ورد في الشريعة من وصف العالم الالهي
والجنة والنار والبعث والنشور والحشر والحساب والميزان والصراط ففهم
حي بن يقظان ذلك كله ولم ير فيه شيا على خلاف ما شاهده في
مقامه الكريم فعلم ان الذي وصف ذلك وجا به محق في وصفه
صادق في قوله رسول من عند ربه فامن به وصدقه وشهد برسالته ثم
جعل يسأله عما جا به من الفرايض ووظفه من العبادات فوصف له الصلاة
والزكاة والصيام والحج وما اشبهها من الاعمال الظاهرة فتلقي
ذلك والتزمه واخذ نفسه باداه امتثالا للامر الذي صح عنده
صدق قايله الا انه بقي في نفسه امران كان يتعجب منهما ولا
يدري وجه الحكمة فيهما احدهما لم ضرب هذا الرسول الامثال
للناس في اكثر ما وصفه من امر العالم الالهي واضرب عن المكاشفة
حتي وقع الناس في امر عظيم من التجسيم واعتقاد اشيا من ذات
الحق هو منزه عنها وبري منها وكذلك في امر الثواب والعقاب
والامر الاخر انه لم اقتصر على هذه الفرايض ووظايف العبادات
واباح الاقتنا للاموال والتوسع في الماكل حتي تفرغ الناس
للباطل بالباطل والاعراض عن الحق وكان رايه هو الا يتناول احد
شيا الا ما يقيم به الرمق واما الاموال فلم يكن عنده بمعني وكان
يري ما في الشرع من الاحكام في امر الاموال كالزكاة وتشعبها
والبيوع والربا والحدود والعقوبات فكان يستغرب ذلك كله

ويراه

ويراه تطويلا ويقول ان الناس لو فهموا الامر علي حقيقته لاعرضوا
عن هذه البواطل واقبلوا علي الحق واستغني عن هذا كله ولم
يكن لاحد اختصاص بمال يسال منه زكاته او تقطع الايدي
علي سرقته او تذهب النفوس علي اخذه مجاهرة وكان الذي
اوقعه في ذلك ظنه ان الناس كلهم ذو فطر فايقة واذهان
ثاقبة ونفوس حازمة ولم يكن يدري ما هم عليه من البلادة
والنقص وسو الراي وضعف العزم وانهم كالانعام بل هم اضل سبيلا
فلما اشتد اشفاقه علي الناس وطمع ان يكون نجاتهم علي يديه
حدثت له نية في الوصول اليهم وايضاح الحق لديهم وتبيينه
ففاوض في ذلك صاحبه اسال وساله هل تمكنه حيلة في الوصول
اليهم فاعلمه اسال بما هم عليه من نقص الفطرة والاعراض عن امر الله
فلم يتاتي له فهم ذلك وبقي في نفسه تعلق بما كان قد امله وطمع
اسال ايضا ان يهدي الله * علي يديه طايفة من معارفه المريدين * al. به
الذين كانوا اقرب الي التخلص من سواهم فساعده علي رايه ورايا
ان يلتزما ساحل البحر ولا يفارقاه ليلا ولا نهارا لعل الله ان يسني
لهما عبور البحر فالتزما ذلك وابتهلا الي الله تعالي بالدعا ان
يهيي لهما من امرهما رشدا فكان من امر الله عز وجل ان سفينة
في البحر اضلت مسلكها ودفعتها الرياح وتلاطم الامواج الي
ساحلها فلما قربت من البر راي اهلها الرجلين علي الشاطي فدنوا
منهما

eaque superflua judicavit, dixitque, si homines rem secundum veritatem intelligerent, certè eos se à rebus istis inanibus aversuros, & veritatem sectaturos, adeoque hoc omne supervacaneum futurum, nec cuiquam fore eam in divitiis proprietatem, ut ab eo debita ista exigerentur, aut manus propter eas clam furto ablatas amputarentur, aut ob eas palam abreptas perderentur animæ: Illud autem, quod sententiam hanc ipsi suggerebat, erat, quod censeret omnes homines esse ingenuâ indole, & acri intellectu, animisque sibi constantibus, nesciret verò quâ essent hebetudine, quâ mentis inopiâ, quam malo consilio, & quâ animi inconstantiâ, atque esse eos prorsus brutorum similes, imo magis à viâ errabundos. Cum ergò hominum maximè misereretur, velletque ut ipsis salus ope suâ [contingeret] in animum ipsius subiit propositum ad illos proficiscendi, ut ipsis veritatem explicaret atque declararet. Hoc ergò socio suo Asali notum fecit, quæsivitque ab eo, num rationem aliquam excogitare posset, quâ ad illos perveniret: Asal verò ingenuitatis eorum defectum, & quam aversi essent à mandato Dei, indicavit, at ille hoc intelligere non poterat, eratque ipsius mens ei quod speraverat intenta; Asal etiam maximè voluit ut Deus ope ipsius sociorum suorum aliquos ductu faciles dirigeret, qui à sinceritate quam alii propius aberant; ipseque ejus studium promovere. Visum igitur est illis ut se ad maris littus reciperent, nec indè die aut nocte discederent, si fortè Deus ipsis occasionem mare trajiciendi præstaret: atque huic rei intenti, Deo excelso precibus supplicabant, ut ipsos in negotio suo dirigeret. Factum autem est mandato Dei potentis & gloriosi, ut navim, quæ à tramite suo in mari deviârat, venti & fluctuum agitatio ad [insulæ] istius littus impellerent; qua ad terram propius accedente, qui in eâ erant duos viros in littore videntes, illos adierunt.

Tum

tum illos compellans Asal, rogabat ut ipsos secum adveherent; cumque annuentes illi, eos in navim recepissent, dedit ipsis Deus ventum facilem, qui navim brevi admodum spatio ad insulam optatam detulit, ubi in littus egressi urbem intrarunt; ibique Asalis amici ipsum convenerunt, quibus Hai Ebn Yokdhani statum notum fecit. Avidè itaque circa ipsum confluebant, magna de eo opinati, seque ad ipsum aggregantes, magni eum faciebant, & venerabantur. Narravit autem ipsi Asal illam hominum sectam intellectu & sagacitate omnibus aliis antecellentes; adeo ut si ipsos erudire non posset, multo minus valeret hominum vulgus erudire. Insulæ verò istius Princeps, & Summas, erat Salaman Asalis amicus, qui optimum duxerat se hominũ societati adjungere, & illicitũ sensit se solitudini tradere. Cœpit itaq; Hai Ebn Yokdhan eos erudire, ipsisque sapientiæ mysteria enarrare; at cum parum quid ultra illud qd est conspicuum progressus, cœpisset illud explicare, cujus contrarium jam ipsorum animis insederat, inceperunt se ab eo subducere, & abhorrebant ipsorum animi abeo quod loquebatur, atque intus ipsi in cordibus suis irascebantur, licèt coram ipso benevolentiæ speciem præferrent, honorem ipsi deferentes, quatenus esset inter ipsos peregrinus, & ex observantiâ amico suo Asali debitâ. Non desiit autem Hai Ebn Yokdhan nocte dieque leniter cum ipsis agere, ipsisque tam privatim quam publicè veritatem manifestare: illud vero nihil aliud quam ipsorum inimicitiam erga illum augebat, eorúmque ab eo fugam, licet essent boni amantes, & veritatis appetentes, nisi quod ex naturæ suæ vitio veritatem ratione debita non quærerent, neque ipsam, uti reverâ fieri debebat, apprehenderent, neque quâ ad illam patet aditus pervestigarent, sed ipsius notitiam vulgari hominum more quærerent; adeo ut de eis corrigendis desperaret, & spes omnis ipsos in melius redigendi ei excide-

منهما فكلمهم اسال وسالهم ان يحملوهما معهم فاجابوهما الي ذلك وانحلوهما السفينة فارسل الله اليهم ريحا رخا حملت السفينة في اقرب مدة الي الجزيرة التي املاها فنزلا بها ودخلا مدينتها واجتمع اصحاب اسال به فعرفهم شان حي بن يقظان فاشتملوا عليه اشتمالا شديدا واكبروا امره واجتمعوا اليه واعظموه وبجلوه واعلمه اسال ان تلك الطايفة هم اقرب الي الفهم والذكا من جميع الناس وانه ان عجز عن تعليمهم فهو عن تعليم الجمهور اعجز وكان راس تلك الجزيرة وكبيرها سلامان وهو صاحب اسال الذي كان يري ملازمة الجماعة ويقول بتحريم العزلة فشرع حي بن يقظان في تعليمهم وبث اسرار الحكمة اليهم فما هو الا ان ترقي عن الظاهر قليلا واخذ في وصف ما سبق الي فهمهم خلافه فجعلوا ينقبضون عنه وتشمئز نفوسهم عما ياتي به ويتسخطونه في قلوبهم وان اظهروا له الرضي في وجهه اكراما لغربته فيهم ومراعاة لحق صاحبهم اسال وما زال حي بن يقظان يستلطفهم ليلا ونهارا ويبين لهم الحق سرا وجهارا فلا يزيدهم ذلك الا عدوا ونفارا مع انهم كانوا محبين في الخير راغبين في الحق الا انهم لنقص فطرهم كانوا لا يطلبون الحق من طريقه ولا ياخذونه بجهة تحقيقه ولا يلتمسونه من بابه بل كانوا يريدون معرفته من طريق الرجال فيئس من صلاحهم وانقطع رجاوه من صلاحهم

لقلة قبولهم وتصفح طبقات الناس بعد ذلك فراي كل حزب بما
لديهم فرحون قد اتخذوا الههم هواهم ومعبودهم شهواتهم وتهالكوا
في جمع حطام الدنيا والهاهم التكاثر حتي زاروا المقابر لا تنجع فيهم
الموعظة ولا تعمل فيهم الكلمة الحسنة ولا يزدادون بالجدال الا اصرارا
واما الحكمة فلا سبيل لهم اليها ولا حظ لهم منها قد غمرتهم الجهالة
وران علي قلوبهم ما كانوا يكسبون ختم الله علي قلوبهم وعلي
سمعهم وعلي ابصارهم غشاوة ولهم عذاب عظيم فلما راي سرادق
العذاب قد احاط بهم وظلم الحجب قد تغشتهم والكل منهم الا اليسير
لا يتمسكون من ملتهم الا بالدنيا وقد نبذوا اعمالهم علي خفتها
وسهولتها ورا ظهورهم واشتروا بها ثمنا قليلا والهاهم عن ذكر الله
تعالي التجارة والبيع ولم يخافوا يوما تتقلب فيه القلوب والابصار
بان له وتحقق علي القطع ان مخاطبتهم بطريق المكاشفة لا يمكن
وان تكليفهم من العمل فوق هذا القدر لا يتفق وان حظ اكثر
الجمهور من الانتفاع بالشريعة انما هو في حياتهم الدنيا ليستقيم
له معاشه ولا يتعدي عليه سواه فيما اختص هو به وانه لا يفوز منهم
بالسعادة الاخروية الا الشاذ النادر وهو من اراد حرث الاخرة وسعي
لها سعيها وهو مومن واما من طغي واثر الحياة الدنيا فان
الجحيم هي الماوي واي تعب اعظم وشقاوة اطم ممن اذا تصفحت
اعماله من وقت انتباهه من نومه الي حين رجوعه الي الكري

لايوجد

ret, quod ipsis id minùs acceptum esset : Ac postea varios hominum ordines perlustrans, vidit unumquemque cætum eo gaudere quod apud ipsos præsens erat, dum cupiditates suas sibi in Deum asciscerent, & pro cultus objecto haberent, seque perderent quisquilias mundi colligendo, acquirendi cupidine eos illusos detinente donec sepulchra viserent; nullum autem consilium apud ipsos valere, neque verba bona ipsos movere, nec quicquam efficere redargutionem, nisi ut pertinacius procederent, quod ad sapientiam verò, nullam ipsis ad illã viam patere, nec ullam ad ipsos pertinere illius portionem: * *Obruit eos stultitia, & quod quærebant ipsorum corda instar rubiginis occupavit; Deus corda auresq; ipsorum obsignavit, oculisq; eorũ obversatur caligo, & manet eos pœna magna.* Cum itaq; videret eos pœnæ cortinis circumdatos, & veli caligine tectos, & quod ipsorum omnes, paucis exceptis, religionem suam non nisi cum respectu ad mundum retinerent, operáq; sua, licet levia essent & facilia, à tergo rejicerent, & ipsa vili venderent, & quod mercatura & negotiatio ipsos occupatos detineret à reminiscentiã Dei excelsissimi, nec unquam metuerent, circa ea versatis cordibus oculisque ipsorum, patuit ipsi & pro certo fuit impossibile esse ipsos apertæ enunciationis modo compellare, nec expedire ut opera ipsis ultra hanc mensuram injungerentur, & eam utilitatis partem, quæ ex lege ad vulgus hominũ perveniret, in eo sitam quod eorum vitam in hoc mundo respicit, sc. ut ipsorum vitæ ratio, in eo, ipsis bono ordine procederet, & ne quis eorum alteri injurius esset in rebus iis quas suas propriè vocaret, neque ex ipsis alterius mundi felicitatem acquirere, præter paucos admodum; eos viz: qui se ad illum mundum accingunt, & ipsi ritè operam navant, cujusmodi est qui [veritati] credit; Ei vero qui errat & hujus mundi vitam præponit, infernum erit receptaculum, Et quis tandẽ labor major est & quæ miseria gravior quam ejus, cujus opera si perpendas à tempore quo à somno expergiscitur, donec iterum ad somnum redeat nul-

* *Alc. c. 83. sc. Altatfif. & c. 2.*

lum inter ea reperietur, per quod non studet acquisitioni finis alicujus è rebus hisce sensibilibus quæ nullius pretii sunt, sc. aut divitiarum quas sibi accumulet, aut voluptatis quam capiat, aut cupiditatis quam expleat, aut iræ quâ mentem suam sedet, aut potentiæ quâ se tueatur, aut operis alicujus lege imperati quo se ostentet, aut cervici suæ caveat; *& hæc omnia tenebræ, sunt aliæ super aliis in profundo mari, nec quisquam vestrum est, qui illuc non ingreditur, nam ita stat fixum Domini decretum.* Hominum itaq; statum intelligens, & [videns] plerosq; illorum esse in gradu animalium irrationalium, novit omnem sapientiam & directionem, & emendationem in eo sitam quod locuti sunt Dei nuntii, ipsisq; tradiderat lex, nullam verò aliam possibilẽ esse, necquicquam addi posse, esséq; omni operi viros [destinatos] & unumquemq; illius rei maximè capacem esse, ad quam à naturâ ordinatus est, & legem Dei fuisse etiã iis qui pridem abierunt, nec mutationẽ ullam reperiri in lege Dei: Reversus itaq; ad Salamanem ipsiusq; socios, veniam petiit ob ea quæ apud illos locutus fuerat, & rogavit eos ut se excusatum haberent, dixitque se idem cum ipsis sentire, & eidem cum iis viæ insistere, ipsosque hortatus est, ut adhærerent instituto suo de finibus legis, & externis operibus observandis, nec in illud se immitterent qd ad ipsos non pertineret, & ut fidem in rebus dubiis, prõptúmq; iis assensum adhiberent, & à novis dogmatibus essent aversi, pravisque affectionibus, & ut majores pios imitarentur, & novitia relinquerent, præcepitq; ut declinarent ab eo qui in vulgi hominibus conspicitur, legum neglectu, & mundi amore; & hoc ipsis sũmopere cavendum mandavit. Norunt verò ille & amicus ipsius Asal, qd ad obsequiosum hoc, at defectivum hominum genus, nullam ipsis nisi hâc ratione salutem esse, & si indè abriperentur ad curiosum rerum sublimiũ examen, res pejus ipsis cessuras, & fieri non posse ut eorum qui felices sunt gradum assequerentur, fore autem ut penduli fluctuarent, & sursum deorsumq; agitarentur, malúsque

* l. Alc c. AlNur. & c. Miriam.

esset

لا يوجد منها شي الا وهو يلتمس به تحصيل غاية من هذه الامور
المحسوسة الخسيسة اما مال يجمعه او لذة ينالها اوشهوة يقتضيها
اوغيظ يتشفي به اوجاه يحرزه اوعمل من اعمال الشرع يتزين به او
يدافع عن رقبته وهي كلها ظلمات بعضها فوق بعض في بحر لجي
وان منكم الا واردها كان على ربك حتما مقضيا فلما فهم احوال
الناس وان اكثرهم بمنزلة الحيوان غير الناطق علم ان الحكمة
كلها والهداية والتوفيق فيما نطقت به الرسل ووردت به الشريعة لا
يمكن غير ذلك ولا يحتمل المزيد عليه فلكل عمل رجال وكل ميسر
لما خلق له سنة الله في الذين خلوا من قبل ولن تجد لسنة الله
تبديلا فانصرف الي سلامان واصحابه فاعتذر لهم مما تكلم به معهم
وتبرا اليهم منه واعلمهم انه قد راي مثل رايهم واهتدي بمثل هديهم
ووصاهم بملازمة ما هم عليه من التزام حدود الشرع والاعمال الظاهرة
وقلة الخوض في ما لا يعنيهم والايمان بالمتشابهات والتسليم لها
والاعراض عن البدع والاهوا والاقتدا بالسلف الصالح والترك
لمحدثات الامور وامرهم بمجانبة ما عليه جمهور العوام من اهمال
الشريعة والاقبال على الدنيا وحذرهم عنه غاية التحذير وعلم هو
وصاحبه اسال ان هذه الطايفة المريدة القاصرة لا نجاة لها الا بهذا
الطريق وانها ان رفعت عنه الي يفاع الاستبصار اختل ما هي عليه
ولم يمكنها ان تلحق بدرجة السعدا فتذبذبت وانتكست وسات
عاقبتها

عاقبتها وان هي دامت علي ما هي عليه حتي يوافيها اليقين فازت بالامن وكانت من اصحاب اليمين واما السابقون السابقون فاوليك المقربون فودعاهم وانفصلا عنهم وتلطفا في العود الي جزيرتهما حتي يسر الله عز وجل عليهما في العبور اليها وطلب حي بن يقظان مقامه الكريم بالنحو الذي طلبه اولا حتي عاد اليه واقتدي به اسال حتي قرب منه اوكاد وعبدا الله بتلك الجزيرة حتي اتاهما اليقين فهذا ايدك واياناا بروح منه ما كان من نبا حي بن يقظان واسال وسلامان وقد اشتمل علي حظ من الكلام لا يوجد في كتاب ولا يسمع في معتاد خطاب وهو من العلم المكنون الذي لا يقبله الا اهل المعرفة بالله ولا يجهله الا اهل الغرة بالله وقد خالفنا فيه طريق السلف الصالح في الضنانة به والشح عليه الا ان الذي سهل علينا افشا هذا السر وهتك الحجاب ما ظهر في زماننا هذا من ارا مفسدة نبغت بها متفلسفة العصر وصرحت بها حتي انتشرت في البلدان وعم ضررها وخشينا علي الضعفا الذين اطرحوا تقليد الانبيا صلوات الله عليهم وارادوا تقليد السفها ان يظنوا تلك الارا هي المضنون بها علي غير اهلها فيزيد بذلك حبهم فيها وولوعهم بها فراينا ان نلمع اليهم بطرف من سر الاسرار لنجتذبهم الي جانب التحقيق ثم نصدهم عن ذلك الطريق ولم نخل مع ذلك ما اودعناه هذه الاوراق اليسيرة من الاسرار

esset ipsorum finis; quod si in eo statu, in quo erant, manerent, donec ipsos occuparet mors, salutẽ consecuturos, & inter collocatos ad dextram futuros; sed qd ad illos qui præcesserunt, præcessisse; hos autem prope acccedere. Ita ipsis valedicentes ab iis recesserunt, & occasionem captabant in insulam suam redeundi, donec tandem Deus potens & gloriosus commodum eis transitum præbebat. Hai Ebn Yokdhan autem sublimem suum speculationis statum eodem, quo prius, modo quærebat, donec illum recuperasset, & Asal ipsũ imitatus est donec eò propè pertigisset, aut parum indè abesset: Ita Deum in insulâ illâ colebant, donec ipsos occupabat mors. Et hoc, (Deus Te & Nos spiritu suo adjuvet) illud est quod accepimus de historia Hai Ebn Yokdhan, & Asalis, & Salamanis, ejusmodi verborum delectum complectens qualis nullo alio in libro reperitur, nec in vulgari sermone audiri solet, estque reconditæ scientiæ [pars] quam nemo recipit, nisi qui Dei notitiam habet, nec ignorat quisquam, nisi qui rectam Dei notitiam non habet; nos verò hac in re diversam à piis majoribus nostris viam instituimus quod ad harum rerum reticentiam & narrandi parsimoniam. Illud verò quod nobis facilè persuasit, ut evulgaremus hoc secretũ, & velum hoc perrumperemus, erant pravæ illæ opiniones, quæ nostro hoc tempore exortæ sunt, quas seculi hujus Philosophastri cõmenti sunt, & in vulgus emiserũt, ita ut in varios regiones dispergantur, & malum indè proveniens commune fuerit, ut de infirmis soliciti simus (qui quod per traditionem à Prophetis piæ memoriæ acceperant, abjecerunt, & quod à stultis hominibus traditum est elegerunt) ne cogitarent opiniones illas secretum esse ab iis qui ejus capaces non sunt detinendum, & hoc ipsorum erga illas studium augeret, eoque magis avidè eas appeterent: Visum est itaque nobis Secreti Secretorum levem aliquem obtutum eis exhibere, quo illos ad veritatis partes ducamus, & ab illâ semita avertamus: neque tamen secreta foliis hisce paucis commissa, absque velo

tenui

الاسرار عن حجاب لطيف ينهتك سريعا لمن هو من اهله ويتكاثف
لمن لا يستحق تجاوزه حتي لا يتعداه وانا اسال اخواني الواقفين
على هذا الكلام ان يقبلوا عذري فيما تساهلت في تبيينه وتسامحت
في تثبيته فلم افعل ذلك الا لاني تسنمت شواهق يزل الطرف عن
مراها واردت تقريب الكلام فيها على وجه الترتيب والتشويق في
دخول الطريق واسال الله التجاوز والعفو وان يوردنا من المعرفة به
الصفو انه منعم كريم والسلام عليك ايها الاخ المفترض اسعافه ورحمة
الله وبركاته ،،

كمل الكتاب والحمد لله وحده ،،

tenui reliquimus, quod facilè retegetur iis qui idonei sunt, crassum verò erit ei qui indignus est ut ulteriùs progrediatur, ita ut nequeat pertransire. Peto autem à fratribus meis quotquot tractatum hunc legerint, ut excusatum me habeant in iis quæ tam facilè narravi, & tam liberè descripsi; hoc enim non fecissem, nisi quod ad fastigia ea evectus essem, ad quæ visus penetrare non potest; & studerem sermonem meum intellectu facilem reddere, ritè illum disponendo, ut in hominibus excitarem cupiditatem viam [rectam] ingrediendi. Peto autem à Deo veniam & remissionem, & ut nos ad certam sui notitiam perducat; Ipse siquidem beneficus est & liberalis. Pax sit Tibi, mi frater, cujus promotio decreta est, & misericordia Dei ipsiusque benedictio [tibi obveniat.]

F I N I S. *Soli Deo Laus.*

الاسرار عن حجاب لطيف ينهتك سريعا لمن هو من اهله ويتكاثف لمن لا يستحق تجاوزه حتي لا يتعداه وانا اسال اخواني الواقفين علي هذا الكلام ان يقبلوا عذري فيما تساهلت في تبيينه وتسامحت في تثبيته فلم افعل ذلك الا لاني تسنمت شواهق يزل الطرف عن مراها واردت تقريب الكلام فيها علي وجه الترتيب والتشويق في دخول الطريق واسال الله التجاوز والعفو وان يوردنا من المعرفة به الصفو انه منعم كريم والسلام عليك ايها الاخ المفترض اسعافه ورحمة الله وبركاته

كمل الكتاب والحمد لله وحده

tenui reliquimus, quod facilè retegetur iis qui idonei sunt, crassum verò erit ei qui indignus est ut ulteriùs progrediatur, ita ut nequeat pertransire. Peto autem à fratribus meis quotquot tractatum hunc legerint, ut excusatum me habeant in iis quæ tam facilè narravi, & tam liberè descripsi; hoc enim non fecissem, nisi quod ad fastigia ea evectus essem, ad quæ visus penetrare non potest; & studerem sermonem meum intellectu facilem reddere, ritè illum disponendo, ut in hominibus excitarem cupiditatem viam [rectam] ingrediendi. Peto autem à Deo veniam & remissionem, & ut nos ad certam sui notitiam perducat; Ipse siquidem beneficus est & liberalis. Pax sit Tibi, mi frater, cujus promotio decreta est, & misericordia Dei ipsiusque benedictio [tibi obveniat.]

FINIS. *Soli Deo Laus.*

arabe

Outre ce présent Savon, on trou-
a ceux purifiés au Palme au